

ELEMENTA
AD FONTIUM EDITIONES
LXXII

DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXXVII PARS

Ostpr. Fol., vol. 46, HBA, B, K. 1182, 1184, a. 1561-1562.

ediderunt

CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH



NON EXTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 9

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA

(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).
-

ANTEMURALE, I-XXVIII, Romae, 1954-1985

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), 1960. (*Archivum Secretum Vaticanum*).
- II — «*Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs 1960. (*Archivum Secretum Vaticanum*).
- III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. 1961.
- IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483, doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.
- VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc., (A.D. 1603-1629), 8 tab., glossarium verb., ang. ant., 1962.
- VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars., Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., 1962.
- VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., 1963.
- IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., 1964.
- X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., 1964.
- XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214, doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., 1964.
- XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., 1964.
- XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars., Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., 1965.
- XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., 1965.
- XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., 1966.
- XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1590), 5 tab., 1966.
- XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab., 1967.
- XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab., 1968.

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LXXII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXXVII PARS**

Ostp. Fol., vol. 46, HBA, B, K. 1182, 1184, a. 1561-1562.

ediderunt

CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH



NON EXTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 9

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKORONSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

I N D E X R E R U M

Introductio	Pag.	VII
Abbreviationes	»	VIII
Textus	»	3
Elenchus epistularum	»	199
Index personarum et locorum	»	207

INTRODUCTIO

Volumine LXXII seriei nostrae publicantur epistulae Alberti in Prussia ducis, quae annis 1561-1562 in Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae mittebantur et quae continuationem efficiunt voluminis LXIX, annos 1559-1560 complectentis. Ex 329 epistulis nunc editis (in voluminis LXIX fuerunt 370) 76 ad regem datae sunt, ad quem dux Albertus de omnibus fere negotiis hic tracatas scribere solebat. De iisdem negotiis scribit etiam ad nonnullos proceres Regni et Magni Ducatus, inter quos hic quoque primum obtinet locum Nicolaus Radziwiłł «Niger», palatinus Vilnensis, M.D.L. cancellarius et marscalcus, cui 46 epistulae inscriptae sunt. Radziwiłł continuo in vicinia regis versatur, qui annis illis fere sine intermissione in Lithuania comoratus est.*

Quaestiones, quae in hoc epistularum commercio occurrunt, non dissimiles sunt ab illis, quas ex epistulis annorum praecedentium iam bene novimus. Itaque, praeter permultas commendationes et intercessiones, saepe agitur de re domestica et monetaria, de teloneis, de regundis vel corrigendis finibus, de magni momenti negotiis pecuniaris, de oppignerationibus praefecturarum, mutuationibus pecuniae etc. Duae tamen praecipuae quaestiones in epistulis hic publicatis praे ceteris agitantur, quarum prima est religionis negotium. Huc pertinent ex. gr. epistulae ad P.P. Vergerium, theologum et reformatorem, Tubingae tunc commorantem, datae, vel illae, ad regem, palatinum et episcopum Vilnensem, necnon ad Erhardum Kunheim scriptae, quibus dux Albertus pro concionatore Augustanae Confessioni adhaerente, Germanis Vilnae habitantibus destinato, intercedit. Per Erhardum Kunheim praeterea, qui una cum Gabriele Tarlo munere «agentis» sui in aula reginae Poloniae, Catharinæ Austriacæ, fungebatur, duci Alberto necessitudo quaedam et coniunctio cum regina intercedit, quae unicum fere est vinculum, ducem in Prussia cum Domo Austriaca quodammodo coniungens.

Maximi autem procul dubio momenti in documentis hoc quoque volume editis est negotium, cum crescente periculo Moscovitico coniunctum. Dux enim Albertus clare perspicit, quantopere Moscovia per Livoniam securitati etiam Prussiae et Poloniae comminetur. Propterea ob cunctationem regis in auxiliis Livoniae ferendis vehementer sollicitus est modisque omnibus regem adducere conatur, ut «afflictæ provinciae» defensionem re ipsa et sine procrastinatione suscipiat.

C.L.

* In edendis epistulis, lingua Latina exaratis, usi sumus conceptis, in scriniis 1182 B e 1184 B Tabularii Regiomontani asservatis, cum volumen 56 Ostpr. Fol., annos 1560-63 comprehendens, recentioris belli tempore deperiit.

ABBREVIATIONES

El.	Elementa ad Fontium Editiones
H B A	Herzogliches Briefarchiv
M.D.L.	Magnus Ducatus Lithuaniae
Ostpr. Fol.	Ostpreussische Folianten
R.P.	Regnum Poloniae
S.l.	Sine loco

TEXTUS

1561

N. 5157.

E Regio Monte, 1.I.1561.

Albertus dux in Prussia

*Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
pro octo milibus talerorum in mutuum sibi datis et quinque adhuc milibus
promissis gratias agit; de rerum Polonicarum statu sibi scribi petit.*

(Latine)

Cfr. El. XLI, NN. 1758, 1764.

Conc., H B A, B, K. 1182

N. 5158.

E Regio Monte, 1.I.1561.

Albertus dux in Prussia

*universis
de summa quinque milium talerorum, ad praecedentem octo milium talerorum
summam sibi a Raphaele Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi, mutuo
datam ab eodem addita.*

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1764.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5159.

E Regio Monte, 4.I.1561.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
petit, ut concionatori, Augustanae Confessioni adhaerenti, sub tutela et patro-
cinio regio «verbum Dei pure, iuxta propheticam et apostolicam doctri-
nam» communitati Germanorum Vilnensi praedicare liceat.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Serenissime Rex etc.

Sacram R. Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod
communitas hominum Germanorum, quae Vilnae est, et literis et internun-
tiis suis apud me diligenter et accurate agendum curavit, commemorando

et recensendo, quoniam sanctum Dei verbum et Evangelium nunc passim per universam propemodum Europam his temporibus ex immensa Dei misericordia innotuerit, se quoque miro teneri desiderio audiendi verbi Dei pure, sincere et iuxta Christi Servatoris institutionem, petere itaque officiose et obnixe, dignarer pro amplificando regno, nomine et gloria Christi eo incumbere, ut doctum, pium et fidelem ecclesiasten, qui sinceram Christi doctrinam iuxta Augustanam Confessionem profiteretur, mea opera nancisci possent. Mihi vero etsi rem pressius consideranti multa occurrerant obstacula et impedimenta, quae me non immerito deterrere ab hac re poterant, praesertim vero quia apud multos adhuc haec Christi doctrina id loci exosa est, et quod christiani concionatores multis et magnis periculis expositi sunt, tamen amplificatio nominis et honoris Christi et preces eorum hominum, qui salutem animarum suarum sitiunt, apud me praevaluit, dedique operam, ut pro ipsorum aeterna salute comparanda pium, doctum et Augustanae Confessioni adhaerentem virum Simonem Wanraben, qui pacis, quietis et tranquillitatis studiosissimus est et a turbulentis consiliis et factis summopere abhorret, consequerentur. Quam quidem facti mei rationem ut S. Regia Maiestas Vestra mihi in meliorem partem interpretari, nec aut temeritati meae, aut intempestivae curiositati, aut studio novandarum rerum adscribere, sed pro honore et gloria nominis Christi amplificanda a me factum esse sibi persuadere velit, etiam atque etiam subiectissime oro ac porro himillime peto, ut huic pio viro cum bona venia et sub tutela ac clementissimo patrocinio S. Regiae Maiestatis Vestrae verbum Dei pure, iuxta propheticam et apostolicam doctrinam, istic profiteri et homines de Dei voluntate et aeterna salute instituere liceat.

Nihil enim potest S. Regia Maiestas Vestra paeclarius, nihil Deo Optimo Maximo acceptius facere, quam si in hoc omni ratione ac viribus contendat, ut verbum Dei sacrosanctum, quod unicum animarum nostrorum pabulum est, recte doceatur et late spargatur ac propagetur, ut taceam, quantopere S. Regia Maiestas Vestra animos eorum hominum, qui ex animo veritatem Christi cognoscere desiderant, sibi devinctura sit. Quod si S. Regia Maiestas Vestra necessarium etiam duxerit Reverendum Dominum Episcopum Vilnensem¹⁾ hoc nomine appellare (cui ipse quoque rem per literas meas significavi), vehementer peto, ut id ea ratione et modo faciendum curet, quibus decet haec Christi negotia magna cum gravitate, fideliter et religiose tractare. Rogeturque sua Reverenda Paternitas, ut huic non modo securitatem publice docendi et praedicandi omnimodam praestet, sed insuper eum etiam, uti pium, syncerum, pacis et tranquillitatis amantem virum, quoquomodo sua auctoritate tueatur, ut munus suum fideliter, sicut decet, et cum gaudio obire et exequi possit. Ita S. Regia Maiestas Vestra Deo omnipotenti gratissimum officium praestiterit et communitatem, quam vocant, Germanicam maximopere sibi devinxerit. Ego autem quibus possum debitiss meis officiis et subditis studiis S. Regiae Maiestati Vestrae rependere quovis tempore conabor. Quam Christo Servatori longis temporibus salvam, incolumem et florentem tuendam committo.

Princeps audiit

Ex relatione Cancellarii²⁾
Idem legit

*In dorso: Regi Poloniae, 4 Ianuarii
Registratum, collationatum]*

1) Valerianus Protasewicz.

2) Ioannes a Kreitzen.

*Albertus dux in Prussia
palatino Vilnensi [Nicolao Radziwill «Nigro»]
concionatorem, «puram doctrinam» profitentem, communitati Germanorum
Vilnensi missum, commendat.
Conc., H B A, B, K. 1182.*

Officia nostra etc.

Illustris etc.

Petiti a nobis superiore tempore communitas, ut vocant, hominum Germanorum, quae Vilnae est, ut ipsis pium et doctum aliquem virum, cuius opera in docendo verbo Dei pure et sincere recte uti possent, mittemus. Quare pro amplificando honore divini nominis et propaganda doctrina christiana, quam hactenus, Dei beneficio, omni ratione promovere conati sumus, misimus illis pium et eruditum virum Simonem Wanraben, qui ob puram et veram Christi professionem ac doctrinam vehementer nobis commendatus est, quique Augustanae Confessioni semper hactenus adhaesit diligenter, estque pacis et tranquillitatis studiosissimus et a turbulentis consiliis ac factis magnopere abhorrens.

Quoniam autem haec doctrina (uti Illustrati Vestrae satis liquet) multis adhuc hominibus iisque magnae auctoritatis exosa est, ita sane, ut non exiguis periculis eius professores expositi sint, itaque Illustratatem Vestram amanter et fraterne petimus, ut hunc pium et doctum virum in suam tutelam et patrocinium recipiat et faxit, ut non modo bona cum venia S. Regiae Maiestatis Poloniae etc., Domini nostri clementissimi, verum etiam permisso Reverendi Domini Episcopi Vilnensis¹⁾, qui ecclesiasticam iurisdictionem Vilnae obtinet, publice istic Germanos homines docere et de voluntate Dei ad aeternam beatitudinem consequendam iuxta syncerum verbum Dei, ex prophetica et apostolica scriptura depromptum, recte erudire et instituere queat. Ad quam rem eo commodius praestandam securitate illi vel in primis opus est. Quam ut Illustratis Vestrae opera et auctoritate consequatur, iterum etiam atque etiam amanter rogamus. Fecerit Illustritas Vestra rem Deo omnipotenti gratissimam et miseris hominibus, qui vere aeternam salutem sitiunt et concupiscunt, acceptam. Nos autem amicis et fraternis studiis compensare ubivis nitemur. Christus Optimus Maximus Illustratatem Vestram diu incolumem tueatur. Datae Regiomonti.

Princeps audiit

Relatio Cancellarii²⁾
Idem legit

Palatino Vilnensi
4 Ianuarii

1) *Valerianus Protasewicz.*

2) *Ioannes a Kreitzen.*

E Regio Monte, 4.I.1561.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Vilnensi [Valeriano Protasewicz]
concionatorem, «novam fidem» profitentem, quem ipse Germanis Vilnensibus
miserat, commendat et rogat, ut permittere velit, quo «is publice Germanos
homines istic Vilnae docere ... queat».*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Officia nostra amica et quicquid etc.

Reverende in Christo Pater etc.

Nolumus Reverendam Paternitatem Vestram amanter celare, quod superiori aestate communitas, ut vocant, hominum Germanorum, quae Vilnae est, officiose et obnixe a nobis petiit, ut pro amplificando regno, nomine et honore Christi dignaremur illis doctum, pium et fidelem verbi Dei praedicatorem mittere. Quod quidem nos ne faceremus, nonnullae rationes dehortabantur, sed vicissim pietas et amplificatio nominis et gloriae Christi (quam hactenus, Dei beneficio, omni ratione iuxta vires et facultates nostras promovere conati sumus), precesque eorum hominum, qui salutem animarum suarum immense sitiunt et concupiscunt, nos vice-runt ac ita praeevaluerunt, ut ipsorum voluntati satisfaceremus. Misimus itaque illis venerabilem virum, doctrina, pietate et bonis moribus spectabilem Simonem Wanraben, qui ipsis verbum Dei iuxta prophetarum et apostolorum scripta recte, pure et candide interpretabitur et, Deo successus largiente, multos haud dubie ad veram Christi cognitionem et aeternam beatitudinem perducet. Est enim homo pacis et tranquillitatis studiosissimus et ab omnibus factiosis et turbulentis consiliis magnopere abhorrens.

Cum autem hoc genus hominum propter veram et sanam doctrinam multis adhuc hominibus exosum et gravibus nonnumquam periculis expositum sit, duximus Reverendae Paternitati Vestrae, cui ecclesiastica iurisdictio id loci commendata est, eum ipsum diligenter commendandum, etiam atque etiam amanter petentes, Reverenda Paternitas Vestra non modo gratiose permittere velit, ut is publice Germanos homines istic Vilnae docere et de voluntate et debito animi gaudio, sine gemitu, ut epistola ad Hebraeos monet¹⁾, obire et exsequi valeat. Ita Reverenda Paternitas Vestra Deo Optimo Maximo gratissimum cultum fecerit et cunctum christianum populum magnopere sibi devinxerit. Bene feliciterque Reverenda Paternitas Vestra valeat. Datae Regiomonti.

Princeps audiit

Relatio Cancellarii²⁾
Idem legit

Episcopo Vilnensi
4 Ianuarii

1) *Hebr. 13, 17.*

2) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5162.

S.l., 4.I.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

*litteras eius de auxiliis Livoniae parandis se accepisse nuntiat et de rebus in
hoc negotio melius progradientibus gaudet; pro novitatibus gratias agit et
rogat, ut etiam in posterum eandem in scribendo diligentiam adhibeat;
mittit litteras una cum earum exemplaribus de concionatore communitati
Germanorum Vilnensi misso (cfr. NN. 5159-5161).*

Ostpr. Fol., vol. 46.

Wir haben dein schreiben, zur Wilde am 21 tag Decembris verflossenes
60isten jares datirt, bekommen und daraus allerley zeitung, sonderlich aber
das sich die sachen wegen der liffelndischen hulff Gott lob von etlichen or-
then trostlich spuren und vernemen lassen, mit erfreuetem hertzen ver-
standen. Der barmhertzig Gott wolle seine gnade verleihen, damit ferner
solche hulffe ins wergk gerichtet und die betrugken lande widderumb aus
des feindes macht und gewalt erobert, zu bestendigem fried gelangen
mögen. Gegen deiner person aber thun wir uns wegen mitteilung solcher
zeitung ganz gnediglich bedanken. Und begeren hinfuro, du wollest mit
solchem deinem fleiss uns oftmals durch schriften zu ersuchen vortfahren
und wess furfellet, so uns zu wissen vonnothen und dir zu schreiben zim-
lich, jederzeit eroffenen. Das gereicht uns von dir etc.

Ferner haben wir die brief wegen des deutschen predigers, denen wir
gegen der Wild geschickt¹⁾, verfertigen lassen. Schicken dir dieselben hie-
mit neben den copien zu und zweifeln nicht, du werdest damit ferner ver-
möge deines schreibens, wie sichs eigent und geburet, zu thun und zu geba-
ren, uns auch nachmals, wes darauf erfolgt, zu berichten wissen. Welchs
wir dir auf dein schreiben etc.

Princeps audivit

C[onstantinus] Silvius

1) *Simon Wanraben.*

N. 5163.

S.l., 5.I.1561.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Dulski, capitaneo Rogosnensi,

*pro consilio et auxilio Ioanni ab Hoit, Ordinis Livoniensis olim oratori, in
negoctio eius exhibito, gratias agit et rogat, ut porro etiam benevolentia sua
eum prosequatur.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5164.

E Regio Monte, 6.I.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*pro nobili Paulo Dzierżanowski, aulico, suo, qui propter afflictam valetudinem
locum et auram mutare cupit, intercedit et rogat, ut eum rex in numerum
aulicorum suorum, «qui annuo stipendio merent», recipere velit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5165.

E Regio Monte, 6.I.1561.

Albertus dux in Prussia

R.P. vicecancellario [Philippo Padniewski]

Paulum Dzierżanowski, aulicum suum, commendat (cfr. N. praeced.).

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5166.

E Regio Monte, 7.I.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

*Georgium a Gablentz, consiliarium suum, negotium quoddam ei expositurum
mittit et rogat, ut ipsi nomine suo loquenti plenam in omnibus fidem
habeat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5167.

E Regio Monte, 8.I.1561.

Albertus dux in Prussia

Petro Paulo Vergerio

*rogat, ut sibi, sparso rumore de adversa eius valetudine contrastato, de statu
suo et de rebus novis in Imperio perscribere velit.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Albertus etc.

S[alutem] et benevolentiam nostram. Reverende et Eximie, Amice
nobis sincere dilecente.

Iam diu est, quod nullas a Reverenda Dominatione Vestra literas acce-
pimus, ex quibus statum et valetudinem eiusdem cognoscere potuisseamus.
Quoniam autem miro eius cognoscendi desiderio tenemur, itaque etiam
atque etiam amanter petimus, Reverenda Dominatio Vestra de statu suo,
quem semper felicem et fortunatum optamus esse, certiores nos per oppor-
tunitatem reddere atque eam curam, quam ex rumore quoddam de adversa
valetudine Reverendae Dominationis Vestrae hic divulgato perceperamus,
eximere nobis velit. Si quid etiam in Imperio Germanicae Nationis rerum
novarum existit, quas et scribere Reverendam Dominationem Vestram
decet, et nos cognoscere licitum est, vehementer rogamus, ut id amice
nobis communicet. Hoc nobis gratissimum accidet et amica benevolentia
vicissim rependum. Bene feliciterque Reverenda Dominatio Vestra
valeat. Datae Regiomonti, 8 Ianuarii anno 1561.

Petro Paulo Vergerio

In folio separato: Vergerio, 8 Ianuarii 1561. Registratum. Collationatum.

N. 5168.

S.l., 11.I.1561.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Przerembski, archiepiscopo Gnesnensi,
pro Valentino Stoll, servitore suo, intercedit et orat, ut negotium eius, quod de
hereditate post mortem sororis ad ipsum devoluta habet, adiuvet et promo-
veat.*

(Latine)

Cfr. El. XLI, NN. 1781, 1824.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5169.

S.l., 22.I.1561.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Iacobo Wilamovio (cfr. N. seq.).*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5170.

S.l., 22.I.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill «Nigro» et, mutatis mutandis, capitaneo Gieranonensi
pro Iacobo Wilamovio, verbi divini in Ducatu suo ministro, ut bona quaedam
parenti eius a palatino olim Vilnensi, Alberto Gasztold, donata, privilegio
et diplomate eiusdem donationis incendio deletis nunc desperdita, recupe-
rare possit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5171.

E Regio Monte, 24.I.1561.

Albertus Fridericus dux in Prussia iunior

*Nicola Christophoro Radziwill, palatinidi Vilnensi,
pro litteris amicissimis, salutatione et munere sibi missa gratias agit et amica
fraternaque officia et servitia sua vicissim offert.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5172.

E Regio Monte, 24.I.1561.

Anna Maria dux in Prussia

*«ducissae in Olika» [Elisabeth Szydłowiecka Radziwill]
pro litteris et «splendidis muneribus» sibi missis gratias agit et amica soro-
rinaque obsequia vicissim defert.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5173.

E Regio Monte, 26.I.1561.

Albertus dux in Prussia

*R.P. vicecancellario [Philippo Padniewski, episcopo Cracoviensi]
rogat, ut iuxta immunitatem et facultatem, «ratione pactorum et contrac-
tuum» a rege sibi concessam, servitoribus suis liceat pro aulae suae
necessitate 400 boves et 200 vaccas per Regnum Poloniae libere et sine
vectigalium solutione pellere.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5174.

S.l., s.d., I.1561.

Albertus dux in Prussia

*Hieronymo Korycki, stabuli regii praefecto,
litteras eius (14.XII.1560 datas), Andream Kleinau, subditum suum, eius vero
servitorem, commendantes, se accepisse nuntiat et promittit se eum adiu-
turum esse in negotiis eius expediendis, cum primum in Regium Montem
advenerit.*

(Germanice)

Cfr. El. XLI, N. 1783.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5175.

S.l., 3.II.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

*de controversia inter Ordinis Livoniensis magistrum et Holsatiae ducem
Magnum intercedente, tempore tam periculo et rebus Livoniae tantopere
afflictis, se dolenter accepisse nuntiat.*

(Schedula: pro novis de Livonia, ex aula regia et aliis gratias agit; pro
munere ei misso tantam gratiarum actionem supervacaneam fuisse scri-
bit; pro dolore reginae ob adversam valetudinem suam gratias agit seque
eidem reginae commendari iubet; de adventu ducis Magni deque suo cum
eo colloquio nuntiat).

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Erhart von Kunheim, den 3 Februarii 61 etc.

Wir haben dein schreiben, zur Wilna den letzten Decembbris ausgan-
gen, bekommen und daraus nach lenge verstanden, wess des hern mei-
sters¹⁾ vicecantzler, Michl Brunau²⁾, wegen der schwebenden irrung zwu-
schen dem meister und hertzog Magnussen³⁾ ahn dich, das du ferner bey
uns suchen sollest, sinnen lassen.

Num mögen wir mit warheit schreiben, das uns von anfang, als wir dise eingefallene irrung erfahren, solchs sonderlich eben zu disen geferlichen zeiten und in der lande bedruk, gantz schmertzlich zu hören gewesen. Haben auch alles, wess an uns mit vermahnung zur freuntlichen einigkeit gewesen, nicht erwinden lassen. Darumb sollestu keinen zweifel setzen, wo sein l., wann sy alhero zu uns gelangen werden (wie wir dann irer ankonft teglich vermuttendt), uns diser eingefallenen irrung halben etwas vermelden oder wir derwegen mit s.l. zu rede kommen, das wir dises des hern durch dich geschehenes nachparliches freuntliches bitten und ansuchen ingedenk sein und unsers eussersten vermögens, wie wir ohne das bisher nicht anderst gethan, zu den wegen rathen und vermanen helfen wollen, die zu freuntlicher nachparlicher einigkeit, treu und gewogenheit sehen und dienen mögen.

Dan unser postreuter solang unnötig aufgehalten und die expeditiones langasam von staden gehn, müssen wir Gott bevelhen. Seint mit dir wol zufrieden und wissen wol, das es an dir nicht mangelt. Welchs wir dir etc.

H[einrich] Stend[rich]

Cedula

Wir haben auch kurtzverschiner tage von dir 3 schreiben unter eins, das eine den 3, das ander den 7, das dritte den 10 Januarii diss 61 jares datirt, empfangen und irer inhalt, die wir unnötig zu widerholen achten, lesende, sonderlich aber in allen die gelegenheit der eyfflendischen hendel, auch des koniglichen hofes und wess dem mer anhengig, verstanden. Thun uns deiner gutmeinenden vleissigen mitteilung und eroeffnung aller gelegenheit zum gnedigsten bedanken. Das aber die sachen etwas in weitleufige und warlich bedenkliche terminos gestellet werden, sonderlich wess des hern meisters vicecantzlers, des Brunauen, abfertigung und des hern woywoden zur Wilna⁴⁾ hineinzug in Eyffland und warumb der nachbliben, auch wess desfalls durch den woywoden fur allerley bedenken angezogen anlanget, muss solches dem lieben Gott ergeben und derselbe gebeten sein, ehr wolle alles zum besten und also schicken, das es zu seinem lob, dem feindt und allen argmeinenden aber zu widertreibung ires vorhabens gereichen möge. Wollen auch in disem und andern hendeln und fallen, die sich zutragen mögen und begeben, jederzeit deiner fernern mitteilung und eroeffnung gewertig sein.

Deiner so hohen dancksagung fur unsere dir geschehene verehrung were nicht vonnothen, dann es aus gnediger gewogenheit hergeflossen. Seint aber dir in gnaden fur dein so hohes erbieten dankbar und setzen in dich den wenigsten zweifel, du werdest in unsern hendeln dich wie bisher den treuen diener erzeigen.

Das die ko.mt., unsere g. frau⁵⁾, mit unser schwachheit ein so hohes gnediges freuntliches mitleiden getragen und unsers nichtschreibens halben uns entschuldigt, darfur seint wir irer mt. dinstlich und freuntlich dankbar, und begern mit gnaden, du wollest irer mt. unserntwegen geburende dancksagung thun und uns irer mt. zum treulichsten commendiren, auch unsers abermals nicht eigen handtschreibens halben entschuldigen, dann obwol unsere schwachheit, Gott sey lob, etwas nachgelassen und zur zimlichen besserung gerichtet, ist es doch in der volkommenheit nicht, das wir uns viles schreibens nach zur zeit underfahren dorffen.

Der cum titollo hertzogk Magnuss ist vergangen Sontag den 2 Februa-
rii alhie bey uns ankommen. Was wir nun uf seiner l. selbst anregen oder

fur uns durch gesprech der eingefallenen zwuschen seiner l. und dem hern
meister zwist halben mit s.l. zu abhelfung der irrung thun, rathen, fordern
und helfen können, wollen wir an uns nicht erwinden lassen. Und wolten
dir diss etc.

H[einrich] Stend[rich]

- 1) *Gottardus Kettler.* 4) *Nicolaus Radziwill «Niger».*
2) *vel: Brunnow.* 5) *Catharina.*
3) *Magnus, dux Holsatiae, episcopus Osiliensis.*

N. 5176.

S.l., 3.II.1561.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Mączyński, secretario Nicolai Radziwill «Nigri»,
mittit responsum ad reliqua legationis eius capita et rogat, ut moram hanc in
respondendo apud ducem Olicensem [Nicolaum Radziwill] accurate excu-
sare velit; negotium [matrimoniale] sororum regis se pro viribus adiutu-
rum promotorumque esse pollicetur.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5177.

S.l., 4.II.1561.

Albertus dux in Prussia

proconsuli et senatoribus civitatis Lomzensis

*Balthasarem Sturmer, civem Regiomontanum, «in animo habentem domici-
lium suum Lomzam transferendi ac eo cum rebus, suppellestili et uni-
versa familia sua commigrandi», commendat et rogat, ut negotium eius
adiuvent, quo commodius istic habitare queat.*

(Latine)

Cfr. El. XLV, N. 163.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5178.

S.l., 6.II.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro propensa voluntate capitaneo suo in Sehesten (Szesno), Ioanni ab Hoit,
exhibita gratias agit eumque iterum commendat, ut «negotium suum
cum fructu deducere et confidere possit ac tandem finis causae laetior
et eo viro dignus subsequatur».*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5179.

S.l., 6.II.1561.

Albertus dux in Prussia
Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
excusioni eius de non numerata Toruniae in festo Epiphaniae Domini pecu-
nia acquiescit; rogat, ut reliqua quinque milium talerorum summa 11 die
Februarii sibi numeretur.
(Latine)
Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5180.

S.l., 6.II.1561.

Albertus dux in Prussia
Erhardo a Kunheim
pro litteris 5.II. datis et novitatibus sibi communicatis gratias agit; rogat, ut
una cum palatino Marienburgensi [Achatio Czema] negotia sua expe-
dienda curet.
(Schedula: de concionatore Germanico communitati Germanorum Vil-
nensi suppeditato).
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5181.

S.l., 6.II.1561.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Mączyński, secretario Nicolai Radziwiłł «Nigri».
negotium Ioannis ab Hoit, nunc capitanei sui in Sehesten (Szesno), Nicolao
Radziwiłł iam pridem commendatum, ei etiam commendat.
(Latine)
Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5182.

E Regio Monte, 7.II.1561.

Albertus dux in Prussia
Hieronymo Chodkiewicz, castellano Vilnensi,
pro Bernardo Nolde, subdito suo districtus Grobinensis in Livonia, conque-
rente de quibusdam subditis regiis iurisdictioni ipsius subiectis, «qui ei
non exiguum damnum de improviso intulerunt ac postea aufugerunt»,
intercedit et rogat, ut ei iustitiam administrari curet.
(Latine)
Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5183.

S.l., 8.II.1561.

Albertus dux in Prussia

castellanae Covalensi [Ursulae de Sieprc Lwowska]

*ex litteris eius se intellexisse nuntiat molesteque ferre, subditos eius profugos
a capitaneo suo Schonbergensi nondum extraditos esse, itaque denuo ad
ipsum litteras mandati suas hac in re dedisse; ad bona tamen illorum
mobilia extradenda capitaneum suum non teneri arbitratur («indignum
enim esset, cum nudos profugosque eos accepisset suisque impensis
aluiisset ac quaevis necessaria ad rem domesticam et agriculturam
instaurandam illis suppeditasset, nunc ... eos dimittere atque ita se
ipsum spoliare»).*

(*Latine*)

Cfr. El. XLI, N. 1792.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5184.

S.l., 12.II.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Stankiewicz Bielewicz

equum ad expeditionem bellicam, quem petiverat, ex gregibus suis dono mittit.

(*Latine*)

Cfr. El. XLI, N. 1788.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5185.

S.L., 23.II.1561.

Anna Maria dux in Prussia

«ducissae Olicensi» [Elisabeth Szydłowiecka Radziwiłł]

*admonet eam intercessionis suaे, quam per Ioannem Mączyński, mariti eius
secretarium, pro servitore suo Sebastiano Marco interposuerat in negotio
illius, quod «ratione cinerum» habet; petit, ut si occasionem negotium
illud promovendi nondum habuit, id tandem marito suo diligenter com-
mendare velit.*

(*Latine*)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5186.

S.l., 25.II.1561.

Albertus dux in Prussia

Achatio Czema iuniori

*rogat, ut – patre eius, palatino Marienburgensi, ita postulante – se iterum Vil-
nam conferat.*

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 46.

E Regio Monte, 6.II.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

nuntiat se servitori suo Michaeli Fridewalt negotium subditi sui Valentini Stollii regi referendum commisisse et rogat, ut «ipsum hanc causam orantem» clementer audire fidemque ei adhibere dignetur.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

S.l., 7.III.1561.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,
rogat, ut reginulas Poloniae, suis erga ipsas obsequitis nonnihil diffidentes et
incredulas, nomine suo reverenter salutet et se excusari petat, quod non
semper oblata tabellarii occasione eas litteris suis visitandas curaverit.
Ostpr. Fol. vol. 46.*

An Gabriel Terla, den 7 Martii anno 61 etc.

Wir geben euch gnediger wolmeinung zu erkennen, das der cum titulo Achatius Zeme¹⁾) in seinem zurugkzuge von der Wilde alhie bey uns abgetreten und uns unter anderm berichtet, welchermassen er unserm gnedigen begern zuvolge bey der ko.mt. zu Poln etc. geliebten schwestern etc.²⁾, unsern gnedigen und freuntlichen lieben freulein und muhmen, unsern gruss mit geburenden musterworten und reverentz abgelegt, und das sich hochgedachte ire l. erklaget, als vergessen wir irer gantz und gar, auch nicht glauben wollen, das wir wolgedachtem marienburgischen woywoden solchen bevelich, ire l. unserntwegen zu grussen, gegeben. Demnach an euch unser gnediges sinnen und begeren, ir wollet nochmals hochgedachte unsere gnedige und freuntliche liebe muhmen in unserm nahmen und von unserntwegen mit geburender reverentz und musterworten zu und entbieten, wie ir solches eurer von Gott verlihenen geschicklichkeit nach wol zu thun wissen werdet, grussen und uns mit dem besten entschuldigen, das ire l. wir, sooft derorth botschaft, nicht ersuchen lassen, dann es zum theil eile halben, zum theil aus obligenden gescheften, die uns davon abhalten, verpliben. So seint je auch ire l. bey uns nicht vergessen, sonder wir haben irer vilmehr in allen treuen dann sy unser gedacht, haben auch irer l. aufwachs, gedey und bestes nicht allein dises orths, sondern auch in andern weit abgelegenen lendern und gantzem heiligen Romischen Reich zu suchen jederzeit mit nicht geringer muhe und kosten nicht gespart. Konten wir auch noch ferner derselben aufwachs fordern, solle an unserm wenigen vermögen mit treuem und wolmeinendem hertzen nichts erwinden, sondern alles, das menschlich und uns immer möglich, gerne und mit allem fleiss geschehen.

Begeren demnach mit gnaden, ir wollet mit bester bescheidenheit iren
1ⁿ anzeigen und fleissig bitten, das ire l. allem dem, wess wolgenanter
marienburgischer woywode an ire l. von unsrerntwegen angetragen, glau-
ben zustellen und unser jederzeit, wie wir in gleichem zu thun erpotig,
gedenken wolten. Das seint wir etc.

Commissio Principis ex relatione
Cancellarii, Princeps, Cancellarius³⁾
et Palatinus Marienburgensis
audiverunt
D. Gerke

Cedula

Hirneben geben wir euch gnediger wolmeinung zu erkennen, das wir
vor diser zeit von euch ein schreiben, zur Wilde den 15 Februarii datirt,
empfangen, welchs inhalt wir lesende eingenommen und daraus, wess ir
von des hern wilnischen woywoden⁴⁾ zuge in Eyflandt, das derselbe nicht
nach Revel, sonder nach Riga geschehen solle, also auch die zeitung, so
euch der von Herberstein zugeschrieben, und wie treulich ir wegen der och-
senbrief sollicitiret und angehalten, verstanden haben. Nun thun wir uns
wegen solchs alles in gnaden bedanken, seint es auch umb euer person hin-
wider in gnaden abzunemen und su erkennen geneigt. Welchs wir euch etc.

Ex relatione Secretarii

D. Gerke

1) Achatius Czema, palatinus Marienburgensis.
2) Anna et Catharina.

3) Ioannes a Kreitzen.

4) Nicolaus Radziwill «Niger».

N. 5189.

E Regio Monte, 9.III.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*de dissensione et controversiis inter imperatorem et regem Hungariae, regis ex
sorore nepotem, deque periculis, quae inde toti Christianitati imminent
poterunt, refert et rogat, ut rex opera et auctoritate sua ad pacem et con-
cordiam «inter haec duo Christianitatis capita» conciliandam adducere
velit.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod ex
diversis locis a meis intimis et non postremis statibus Imperii ad me perfor-
tur, dissensiones et controversias non leves inter Sacram Caesaream Roma-
nam Maiestatem¹⁾ et Serenissimum Hungariae Regem, nepotem S. Regiae
Maiestatis Vestrae charissimum²⁾, intercedere, ex quibus non obscure
apparet, nisi in tempore eis obviam eatur et amicis rationibus componan-
tur et dirimantur, perniciosum inde bellum facile exoriturum, cui se Turca
etiam fortassis immiscebit et Rempublicam Christianam duriter et acerbe
affliget. Petierunt itaque a me dicti status, pro debita sua fide consulentis,
ut id negotii ad S. Regiam Maiestatem Vestram perscribere et mea opera,
quantum possem, iuvare ac promovere non gravarer. Quod dicerent certo

sibi constare, S. Caesaream Romanam Maiestatem sententiam et declarationem S. Regiae Maiestatis Vestrae in hac controversia et dissensione nullo modo aversuram. Etsi autem ingenue fateor mihi de hoc negotio eiusque condicionibus et circumstantiis nihil constare, nec etiam habere cum quibus hac de re conferre queam, tamen non obscure video ex his levibus, uti aestimantur, initiis graviore et Christianae Reipublicae perniciosos motus existere posse.

Quos si S. Regia Maiestas Vestra sua prudentia, auctoritate et opera avertere, uti non dubito, poterit et pacem inter haec duo Christianitatis capita conciliare, atque hoc modo Turcorum conatus, qui forte in hanc occasionem intenti sunt, impedire, factura est opus in primis regium, laudabile et toti Reipublicae Christianae gratum, acceptum et pernecessarium, quod ipsa quoque S. Caesarea Maiestas debitibus votis amplexabitur. Quare ut eam in rem S. Regia Maiestas Vestra omni cura et cogitatione incumbat, etiam atque etiam subiectissime oro. Praesertim vero quia legatus caesareus apud S. Regiam Maiestatem Vestram hac ipsa de caussa sollicitare dicitur, vehementer et submisso oro, S. Regia Maiestas Vestra suas partes interponere dignetur et missis gravibus, prudentibus et magnae auctoritatis senatoribus, qui linguarum aliquot et praesertim Germanicae cognitionem sufficientem habeant, totam illam controversiam amicis tractatibus compонendam et terminandam curet. Hoc ipsum S. Regiae Maiestati Vestrae cum apud omnium ordinum homines, tum praecipue apud Electores et Principes Romani Imperii, perpetuam laudem, gloriam et honorificum nomen paritum est, ego autem quibus possum debitibus meis studiis et officiis demererri sedulo conabor. Christus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem Vestram longis temporibus salvam, incolumem et felicem conservet. Datae Regiomonti.

Ex relatione Cancellarii
Princeps, Palatinus Marienburgensis³⁾, Cancellarius⁴⁾ audierunt

In folio separato: Regi Poloniae, 9 Martii 61. Registratum. Collationatum.

1) *Ferdinandus I.*

3) *Achatius Czema.*

2) *Ioannes Sigismundus Zapolya.*

4) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5190.

E Regio Monte, 9.III.1561.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro salutatione per palatinum Marienburgensem sibi ab eo allata gratias
agit; rege pecuniam ad belli apparatum quaerente et parato pro certa
eius summa aliquot districtus, in Magno Ducatu Lithuaniae sitos, sibi
loco pignoris concedere, respondet fortunas suas in tantam angustiam
nunc redactas esse, ut confestim regi hac in re morem gerere nequeat;*

promittit tamen per oppignerationem arcium et districtuum suorum aliquam pecuniae summam cogere et saltem ex parte petitioni regiae satisfacere.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Officia nostra etc.

Magnificus Dominus Palatinus Marienburgensis¹⁾ his diebus Vilna huc revertens narravit nobis, quod Illustritas Vestra salutem et comprecationem felicitatis a nobis dictam grato in primis animo acceperit, nobisque tantundem reprecata sit, cum oblatione amicissimorum officiorum, quae nobis de Illustritate Vestra certo polliceri deberemus. Quo nomine Illustrati Vestrae magnas merito agimus gratias, neque enim unquam aliter persuasi fuimus aut persuaderi nos patiemur, cum Illustritas Vestra amicissimum et plane fraternum suum erga nos animum multis manifestis documentis hactenus probarit et ostenderit. Quare Illustritas Vestra sic existimet, nos illi vicissim omnibus in rebus, quibus recte et commode fieri poterit, officia nostra amica et fraternalm benevolentiam sedulo comprobatueros.

Praeterea narravit nobis idem Magnificus Dominus Palatinus, qualia mandata habeat a S. Regia Maiestate Poloniae etc., Domino nostro clemensissimo, pecuniae facienda et cogenda caussa, et quod S. Regia Maiestas Sua idem negotii nobis quoque iniungat sitque parata certos redditus quorundam districtuum in Magno Ducatu Lythuaniae etc. pignoris et hypothecae loco nobis tradere etc. Iam vero Illustritas Vestra certo sibi persuadeat nos non in hoc solum, sed multo maioribus negotiis, si res et facultates nostrae ferrent, S. Regiae Maiestasti debita nostra studia et promptam serviendi voluntatem libertissime praestituros. Atque utinam eo in statu res nostrae essent (quo quidem aliquando fuere), ut S. Regiam Maiestatem ad hunc necessarium belli apparatum grandi pecuniae summa iuvare nostramque hoc modo fidelitatem ostendere possimus, nos sane citra omnem hypothecam, oppignerationem aut usuram qualemcumque facturi atque ita S. Regiae Maiestati officiosam nostram mentem, fidem et observantiam probaturi essemus. Verum is, qui solus omnia videt, Deus, testis est nobis res et fortunas nostras adeo nunc accisas et in angustum redactas, ut cuma maxime velimus, iuvare tamen pecunia non possimus. Quibus autem rationibus in has angustias redacti simus, S. Regia Maiestas Sua, superiorum actionum memor, non ignorat.

Utut autem haec sunt, daturi sumus operam (etsi hoc tempore in facultatibus nostris non est), ut in gratiam S. Regiae Maiestatis Suae etiam cum impigneratione arcium et districtuum nostrorum aliquam pecuniae summam cogamus, ne S. Regia Maiestas in hoc pio et necessario conatu, qui amplissimas et infinitas pecunias contra potentissimum hostem requirit, destituatur. Itaque primo quoque tempore in eam curam incumbemus, ut quantum possibile est, tantum pecuniae conficiamus. Quicquid autem confectum a nobis et conciliatum fuerit, id ipsum Illustritati Vestrae significabimus, quam etiam speramus pro fraterno suo in nos amore et benevolentia singulari postea daturam operam, ut eius fidelitatis et obsequii aliquem fructum percipiamus. Et quoniam arces, districtus et redditus nostros oppignerare nos oportebit, ideo Illustritatem Vestram amanter et fraterne petimus, ut nobis mentem et sententiam S. Regiae Maiestatis clare et perspicue significare non gravetur, quantam summam Sua Maiestas desideret et quibus rationibus ac modis cautionem sive assecurationem sit praestitura, ut citra expensas graviores negotium totum confici queat.

Ita nobis Illustritas Vestra rem gratissimam fecerit, quam vicissim amicis et fraternis nostris studiis rependere conabimur. Commendamus Illustritati Vestrae Magnificum Dominum Palatinum saepedictum, qui communicata nobiscum opera eo etiam incumbet, ut pecunia conficiatur. Cupimus tandem Illustratatem Vestram longis temporibus salvam et incolumem conservari. Datae Regiomonti.

Relatio Cancellariae
Princeps, Palatinus²⁾ et Cancellarius³⁾ audiere

In folio separato: Palatino Vilnensi, 9 Martii 61.
Registratum. Collationatum.

Schedula

Confectis iam hisce literis, allatum ad nos est Lubeci superioribus diebus mandatum caesareum publicatum et affixum esse, quo omnibus alios maritimis civitatibus libera navigatio ad Narvam et Neogardiam Ruthenorum interdicta, solis autem Lubecensibus ea navigatio his condicionibus permissa sit, ne quid armorum munitionumve eo convehant. Hoc mandatum quorsum spectet quamque Reipublicae Christianae sit detrimentum, Illustritas Vestra pro singulari sua prudentia satis videt. Itaque amanter et fraterne petimus, Illustritas Vestra suam auctoritatem ad S. Regiam Maiestatem Poloniae etc., Dominum nostrum clementissimum, interponere dignetur, ut Sua Maiestas a S. Caesarea Romana Maiestate precibus impetreret, quo et ipsis Lubecensibus, qui hactenus hostem variis rebus armarunt et iuverunt, tota illa navigatio in Moscoviam prorsus interdicatur et severe inhibeat. Hoc non solum hisce terris, sed toti Reipublicae Christianae utile et salutare erit. Datum ut in literis.

In folio separato: Cedula in literis Domini Palatini Vilnensis.
Registratum.

- 1) *Achatius Czema.*
- 2) *scil. palatinus Marienburgensis, Achatius Czema.*
- 3) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5191.

S.l., 9.III.1561.

*Albertus dux in Prussia
Erhardo a Kunheim*

litteras eius sibi a palatino Marienburgensi [Achatio Czema] redditas esse nuntiat; excusat se, quod ad petitionem eius nondum respondit; pro rebus novis sibi communicatis, praesertim de oratoris imperialis apud regem legatione, gratias agit; se operam suam in componenda controversia inter magistrum Livoniae [Gottardum Kettler] et Holsatiae ducem Magnum publicae tranquillitatis, pacis et concordiae causa interposuisse scribit; pro tabula latruncularia («bretspil») ei promissa tanta gratiarum actione opus non fuisse censem.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

S.l., 10.III.1561.

Albertus dux in Prussia

*Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
gratias ei agit, quod octo talerorum milibus in mutuum sibi datis quinque
adhuc milia addere pollicitus est; tempore igitur accipienda eiusmodi
pecuniae iam instantे, aulicum suum Albertum a Diebes ad eum mittit,
cui accepta simul ab eo cautione quinque talerorum milia numerabit.*

(*Schedula: nuntiat monetam Lithuaniae, «quae nunc recenter Vilnae
signatur et excuditur, haud dubie multorum certaminum et non exi-
guae controversiae occasionem praebitaram esse, siquidem valore,
grano et aestimatione priore moneta bona ex parte levior et vilior nec
ei bonitate comparanda est».*)

(*Latine*)

Cfr. El. XLI, N. 1797.

Conc., H B A, B, K. 1182.

E Regio Monte, 25.III.1561.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
veredario, qui litteras suas de negotio imperatoris cum rege Hungariae tractan-
tes ad regem ferebat, in flumine submerso (cfr. N. 5224), earundem litte-
rarum exemplar iterum mittit.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod pau-
cis abhinc diebus, nono scilicet die Martii, literas hinc expedieram easque
per veredarium meum miseram, concernentes negotium S. Caesareae
Romanorum Maiestatis¹⁾, quod illi cum Serenissimo Rege Hungariae²⁾
intercedit. Quae quidem literae cum divina sic gubernante providentia
interciderint, veredario meo miserabili fato in flumine ad Caunam submer-
so, facere non potui, quin earum esemplum S. Regiae Maiestati Vestrae
denuo mitterem, vehementer etiam atque etiam subdite petens, S. Regia
Maiestas Vestra, quod serius hoc illi negotium per me insinuatur, per infor-
tunium accidisse existimet meque hoc nomine clementer excusatum
habeat, ceterum se in hoc negotio benignum regem praestet. Hoc erga S.
Regiam Miestatem Vestram debitiss meis obsequiis et officiis subditis pro-
mereri conabor. Quam Deus omnipotens longissimis temporibus salvam et
felicem conservet. Datae Regiomonti, 25 Martii anno 61.

Regi Poloniae, mutata duci in Olika.

1) *Ferdinandus I.*

2) *Ioannes Sigismundus Zapolya.*

E Regio Monte, 25.III.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
veredario, litteras suas de negotio ab Achatio Czema sibi relato (scil. de pecu-
nia ad expeditionem bellicam contra Moscum a rege quaerenda) ad eum
portante, in flumine submerso (cfr. N. 5224), aliud eiusdem epistulae
exemplar iterum mittit.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Duci in Olika.

Scripsimus Illustrati Vestrae paucis abhinc diebus, 9 scilicet die Martii, de eo negotio, quod Magnificus Dominus Palatinus Marienburgensis¹⁾ Vilna huc rediens nobis narravit et exposuit. Verum cum illae literae fatis sic volentibus interciderint, siquidem veredarius noster, incautius supra glaciem equitans, in flumine submersus dicitur. Facturi itaque operae pretium videbamur, si Illustrati Vestrae exemplum eius epistolae denuo mitteremus, etiam atque etiam amanter petentes, Illustritas Vestra benigne nos excusatos propter hanc moram, quae nulla nostra vel culpa vel negligentia, sed fatali prorsus et infelici necessitate urgente accidit, habere dignetur. Hoc nos gratissimi officii loco accepturi sumus. Cupimus Illustratem Vestram bene feliciterque diu valere.

1) *Achatus Czema.*

S.l., 29.III.1561.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
de damnis ex nova moneta, quae Vilnae cuditur, non solum Magno Ducatu
Lithuaniae, sed etiam Regno Poloniae et provinciis ei incorporatis proma-
nantibus.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram pro debito meo officio, fide et obser-
vantia subdite celare non possum, varias iam pridem subditorum meorum
querelas ad me delatas esse de nova moneta, quae nunc Vilnae cuditur et
signatur. Quam cum hic per monetarios meos examini et spectacioni subii-
ciendam curassem, certo compertum est eam in grano et pondere priori
monetae nequaquam comparandam. Quae res quam sit perniciosa non
modo universae Reipublicae Lythuanicae, verum etiam inclyto Poloniae
Regno et omnibus incorporatis illi provinciis, S. Regia Maiestas Vestra si
minus videt, facile ab aliis rem mediocriter intelligentibus manifeste
doceri potest. Scripsi autem hac tota de re fusius Illustri Principi, amico et
fratri meo singulariter dilecto, Domino Nicolao Radzivil, Duci in Olika
etc., petens amanter, Illustritas Sua rem omnem S. Regiae Maiestati

Vestrae referre, damna et incommoda hinc promanantia indicare et expōnere non gravetur. Quod ut S. Regia Maiestas Vestra clementer ab Illustritate Sua audiat, benigne percipiat et eo diligenter intenta sit, quomodo huic malo in tempore occurratur, etiam atque etiam subiectissime peto. Ita sane S. Regia Maiestas Vestra Reipublicae commoda p̄aeclare promoverit. Et ego debit̄ meis studiis et officiis subditis sedulo demerebor. Christus etc.

In folio separato: Regi Poloniae, 29 Martii. Registratum. Collationatum.

N. 5196.

E Regio Monte, 29.III.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
de damnis et incommidis, ex nova moneta Lithuanica emanantibus, refert et
rogat, ut det operam, quo eiusmodi moneta aboleatur.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Officia mea etc.

Illustris Princeps etc.

Illustritatē Vestram amanter celare nolumus nos iam aliquoties per subditos quosdam nostros admonitos esse de negotio monetario, quod nunc in Lythuania excudenda nova moneta exercetur, quod dicant praefectum sive magistrum negotii monetarii pro suo commodo et emolumento privato, ad totius Reipublicae perniciem, alterationem in grano et pondere monetae instituisse. Ex qua re non modo Magnus Lythuaniae Ducatus grave incommodum percipiet, verum id etiam in inclytum Poloniae Regnum et in provincias illi incorporatas, quae pari grano et pondere monetae hactenus usae sunt, redundabit, idque haud dubie inde consequetur, quod omnis prova moneta denuo ex his regionibus ad exteris exportabitur. Ut autem Illustritas Vestra totius negotii certa et indubitata habeat documenta, curavimus per nostros monetarios novam illam Lythuanicam monetam probandam et examinandam. Cuius examinis exemplum Illustrati Vestrae cum his literis mittimus, amanter et fraterne petentes, Illustritas Vestra haec eo, quo a nobis scribuntur, animo nimirum candido et commodis Reipublicae satagente, accipere et in meliorem partem interpretari velit. Quemadmodum nihil dubitamus Illustratē Vestram, uti praecepit membrum Magni Ducatus Lythuaniae, hanc rem sua sponte pressius et accuratius consideraturam, praesertim vero ponderaturam esse incommoda, quae tum Illustrati Vestrae tum ceteris omnibus, qui censu et redditibus annuis subditorum vicitant, inde emersura sint, atque ideo eam rem examini ac spectationi expertorum in re monetaria virorum et suspitione parentium subiecturam.

Ubi Illustritas Vestra certo comperiet damna et incommoda non modo Magni Ducatus, sed aliarum quoque provinciarum inde emanantia. Nec dubium est nobis, quin Illustritas Vestra, comperta damnorum magnitudine, ultro datura sit operam, ut haec nova moneta aboleatur, sed nimis, uti nos arbitramur, sero. Postremo, si hoc monetarium negotium in perniciem totius Regni Poloniae, uti coeptum est, procedat, veremur, ne certus modus ei monetae statuendus sit, quanti valere debeat, siquidem priori monetae valore ac bonitate non est comparanda.

Quod reliquum est, Ilustritatem Vestram amanter petimus, ut hoc ipsum negotium S. Regiae Maiestati Poloniae etc., Domino nostro clementissimo, oblata occasione fideliter referat eamque de damnis hinc emergentibus admoneat, si forte in tempore huic malo conveniens adhiberi possit remedium. Ita Ilustritas Vestra commodis Reipublicae praecclare prosplexerit et nos amicis nostris studiis Illustritati Vestrae sedulo rependemus. Quae bene feliciterque longum valeat. Datae Regiomonti.

Duci in Olika

In folio separato: Palatino Vilnensi, 29 Martii. Registratum. Collationatum.

N. 5197.

E Regio Monte, 29.III.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill «Nigro» et, mutatis mutandis, archiepiscopo Gnesnensi [Ioanni Przerembski] et episcopo Cracoviensi, R.P. vicecancellario [Philippo Padniewski]

pro Henrico burggravio a Dohna, regis Poloniae aulico, intercedit et orat, ut causam eius auctoritate et opera sua ita promoveat, quo pro servitiis suis per annos aliquot regi fideliter praestitis bona quaedam in terris Prussiae, sub districtu Roggenhausen (Rogoźno) sita obtinere possit.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5198.

S.l., 30.III.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

pro studio in negotiis suis apud regem expediendis adhibito et pro novitatibus sibi missis gratias agit; sperat Deum ducis Moscorum insolentiam represurum esse; sententiam suam de bello contra Moscum gerendo, a rege expetitam, prolixius scribit et rogat, ut eam regi explicare velit.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Lectis Illustritatis Vestrae literis, quas nobis nobilis consiliarius noster ac fidelis dilectus Venceslaus Schack Vilna ad nos revertens obtulit, intelleximus Illustritatem Vestram ad eam salutem, quam illi pro benevolentia et amore fraterno misimus, nobis vicissim incolumitatem diuturnam cum omnium felicitatum cumulata accessione reprecari ac negotia nostra, quae internuntio praedicto apud S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, espedienda commisimus, propensissimae ac fraternae

voluntatis studio prosequutam fuisse. Pro quibus omnibus Illustritati Vestrae amicas ac fraternalis agimus gratias ac vicissim illi longam diuturnamque valetudinem, praesertim hoc turbulentissimo tempore, cum rerum omnium incremento felicissimo precamur, percupimusque nobis occasionem dari, quo Illustritati Vestrae vel in maioribus animum benevolum, fraternal et gratificandi studiosum testatum reddere et quibusvis fraternalis vicissim officiis comprobare queamus. Grato simul amplectimur animo, quod Illustritas Vestra nobis eas novitates tam de quorundam Principum Germaniae in conventu Hamburgae tractatibus, quam de Muscoviticis rebus communicare voluit, Deum Optimum Maximum toto pectore orantes, dignetur Ecclesiam suam eiusque doctrinam sub umbra alarum suarum, prout se facturum promisit, clementer protegere et contra quosunque insultus diabolicosque furores benigne defendere ac tueri.

Quod vero ad negotium Muscoviticum attinet, id nobis non immerito varias cogitationes suggerit, nec satis mirari possumus hominis istius insanam ac temerariam persuasionem, audaciam et fastum barbaricum. Et licet nobis persuasum habeamus ipsum Duxem Moschorum¹⁾, ut hominem barbarum, pro natura ac moribus sua gentis ita insolenter agere, omnino tamen confidimus Deum omnipotentem (quem hoc nomine suppliciter petimus) eius insolentiam divinitus ita repressurum esse, ut illi planum fiat non se Deum esse, nec in manu sua posita esse omnia, sed quemadmodum a divina Maiestate felicitas, Victoria et cuncta bona proficiscuntur, ita etiam poenas et supplicia in manu eius esse eaque suo tempore in homines sceleratos immitti. Is benignissimus Deus faxit, ut et Moschus sua tandem temeritatis et insolentiae poenas debitas luat et persolvat.

Retulit praeterea memoratus consiliarius noster inter alia cupere S. Regiam Maiestatem clementer, ut in his rebus pro observantia subditi et vasalli Principis consilium et sententiam nostram, quid tali casu facto opus sit, communicaremus. Nos etsi in his periculis et magni momenti negotiis, quae intellectus nostri vires excedunt, tenuitatem nostram facile agnoscimus, et insuper S. Regiae Maiestatis voluntatem, quid animi habeat et quomodo ad bellum hoc difficile, sed maxime necessarium, instructa sit, ignoramus, tamen quia intelligimus S. Regiam Maiestatem Suam hoc a nobis postulare, nequaquam admittendum putavimus, ut in re tam necessaria dignitatemque S. Regiae Maiestatis Suae concernente minus obsequentes esse videamur, itaque animi nostri sensa, quid in hoc tam arduo negotio porro faciendum censeamus, ad Illustritatem Vestram, de cuius fraterna affectione erga nos plurimum confidimus, persribenda duximus, amice ac fraterne petentes, Illustritas Vestra ea, quae pro tenuitate nostra simpliciter scribimus, pro sua prudentia singulari expendere ac porro S. Regiae Maiestati Suae insinuare et pro rei exigentia perspicue explicare non gravetur.

Principio, pro exiguo nostro captu, necessarium nobis videtur, ut dignitas et existimatio honorifica S. Regiae Maiestatis vel imprimis consideretur, eiusque praecipua ratio habeatur, ita sane ne contra insolentem et superbientem hostem ac tyrannum demisso et meticulozo animo conspiciantur, aut ullum denique metum et formidinem prae se ferat, neve pactiones suas et clementes pollicitationes ullo modo aut revocare aut violare intendat. Quare consultum omnino videtur, ne ad postulata barbari et insolentissimi hostis praesidia ex munitionibus Livonicis deducantur, sed ut S. Regia Maiestas, considerata sua, sui Regni aliarumque provinciarum dignitate, ea in dies quibus fieri potest rationibus augenda curet, ne miseri, afflitti et in extremo periculo constituti homines christiani deserantur. Hoc

enim claritas et existimatio regii nominis exigit, ut eo omni cura et cogitatione incumbat, quomodo non suos solum subditos, terras et provincias, verum etiam eos, qui se eius tutelae et protectioni commiserunt, defendat et auxiliante Deo ab hoste immanissimo tueatur ac denique devicto hoste victoriam, quod Deus clementer faxit, reportet. Requirit itaque summa necessitas, ut S. Regia Maiestas de eo, quomodo et quibus rationibus comode ac sine maiore periculo hosti obviam iri eiusque conatus infringi possit, sollicite deliberet ac statuat, quod ipsum nos, pro fide et observantia erga S. Regiam Maiestatem nostra, hactenus durante hac expeditione Muscovitica semper consuluiimus. Nihil enim aliud suspicari potuimus, quam tractatus hosce Muscoviticos eiusmodi eventum atque finem habituros.

Tametsi vero non exigua deliberatione res indiget, num in apertum bellum cum hoste descendendum sit, siquidem is foederibus induitiisque Lithuaniae nondum aperte et clare renuntiavit, tamen non facile nobis succurrit, quomodo renuntiatio de facto planior et conspectior esse possit, nisi exercitum hostilem (quod Deus clementer avertat) in eius Maiestatis Regnum et ditiones Moschus deduceret hostiliaque omnia grassando et vastando tentaret et faceret. Quod ipsum pro nostra simplicitate, ubi spatium liberius illi armandi dabatur, mox tentaturum esse quodammodo videmus. Idcirco si res in Livonia pro voto ei succedat, non possimus adeo magni facere industrias cum eo pactas, quas ne ipse quidem servat, si commoditas rei bene gerendae offertur. Imo illud potius dicendum esset nobis, S. Regiam Maiestatem nimis diu cunctari et occasionem rei bene gerendae negligere, quam postea difficulter et non sine gravi periculo in Livonia quaerere et recuperare oporteat. Eo itaque cogitationes nostrae directae sunt idque consultum nobis videtur, ne S. Regia Maiestas hosti aliquid fidat, sed caveat sibi accurateque prospiciat, et interim quae bello gerendo necessaria sunt, comparet, ut in omnem eventum bene instructa satisque munita sit, et non suos modo subditos, sed eos etiam, quos in tutelam et protectionem regiam suscepit, tueri possit sicutque prorsus se comparet adversus hostem, quemadmodum ipsum animatum videt, ne subito aliquo casu et inopinato, quod Deus clementer avertat, vel opprimatur vel periculo obiiciatur. Ut autem S. Regia Maiestas Sua eo instructior et expeditior sit contra hostem, nos sane, uti hactenus, ita etiamnum pro tenuitate nostra fideliter consuluiimus, petimus et hortamur, ut summo studio, cura et contentione in id incumbat, quo proceres Regni Poloniae cum dominis Lithuaniae primo quoque tempore reconciliari et ad concordiam hoc tempore prorsus necessariam reduci queant, et quemadmodum utraeque gentes de uno corpore sunt, ita etiam in hoc bello necessario paria onera subire non recusent. Ad quam rem perficiendam expediet sane, ut Conventus generalis tam in Regno Poloniae quam in Ducatu Lithuaniae quam fieri potest maturius et citius habeatur. Quae tamen Comitia an ita uno aut diversis in locis simul celebrari possint, nobis tanquam locorum et rerum ignaro obscurum est. Magnitudinem quidem periculi cernimus, verum an non omnes aliae circumstantiae (quo commune periculum eo melius vitetur et maiore cum fructu tractatus habeantur, omniaque citius et maturius statuantur) his iure meritoque cedere debeant, hoc et S. Regiae Maiestatis et Illustritatis Vestrae iudicio prudentissimo relinquimus. Nostra equidem sententia commune periculum omnibus aliis negotiis merito anteferendum videtur, siquidem id omnes pariter concernit, neque sine gravi damno et incommodo fortasse postmodum averti poterit. Si vero Conventus haberi non possit, quod nostrum non est affirmare, tamen necesse est tractatus institui,

quos sane iam pridem et superiore anno institui oportebat. Qua ratione autem habendi et instituendi sint, nos definire non possumus. Festinatione autem matura opus esse prorsus videmus, ut communi deliberatione et conclusione salutari habita omnia ex Reipubblicae dignitate et utilitate statuantur et conciliatis inter se animis defensio inclyti Regni Poloniae et incorporatarum regionum suscipiat. Hos autem tractatus S. Regia Maiestas non per internuntios aut literas, sed nostro quidem iudicio propria in persona recte et cum fructu egerit. Eamque ad rem imprimis necessarium videtur, ut si Conventus ordinum inclyti Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae simul atque uno in loco haberi non possit, detur tamen opera, ne ea loca longo intervallo distent, quo S. Regia Maiestas parvo itinere utramque partem convenire et quae usus negotiorum exposcit, utrinque agere, tractare et diffinire possit.

Interea illud quoque e re esse videtur et quidem necessarium, ut S. Regia Maiestas Duce Tartarorum quibus potest modis et rationibus, nullis parcendo sumptibus, adversus hostem insolentem subinde incitet, qui illum creberrimis incursionibus molestet, ut ita diversis ex locis impeditus copias suas dividere cogatur, sicque minus periculi ab ipso immineat. Castra, munitiones et aditus omnes, praesertim vero Kioviam probe muniat ac hosti paecludat. Veremur enim, ne hostis, uti dolo et fraude plenus est, munitiones suas circa Kioviam maximis impositis praesidiis firmet ac deinde, S. Regia Maiestate aliis negotiis intenta aut ad tuitionem Livoniae conversa, ipse deductis praesidiis ex locis proximis impressionem versus Kioviam aut Vilnam etiam, quod Deus prohibeat, molietur. Deinde opus est, ut Sua Regia Maiestas in tempore praefectos, tribunos, duces, capitaneos et magistros equitum conscribat et aere conducat, qui devincti sint ad primas vel secundas militum literas, sicuti Suae Maiestati visum fuerit, cum suo quisque certo militum vel equitum numero praesto esse. Praeterea omnes Lythuaniae incolas in armis atque in procinctu esse iubeat, ut ad quemvis subitum casum expediti praesto sint, militem ad occupandos et defendendos fines mittat omniaque ita ordinet ac disponat, quo hostis non solum ab repentina incursu arceatur et profligetur, verum etiam ex tractatione armorum terror illi non dubius incutiat. Exremo danda est opera sedulo, ut consilia et conatus hostium per exploratores fidos cognoscantur. Permulfum enim ea res momenti habet ac nonnunquam toti exercitui maximam salutem afferre solet.

Econtra vero admittendum, ne quid per exploratores de consiliis et conatibus nostris ad hostem perforatur. Quae res cum per mercatores saepenumero soleat administrari, recte fieret, si illi, qui crebro hinc inde commentant, diligenter observentur et pro ratione delicti plectantur. Illustritatis etiam Vestrae arbitrio relinquimus, an civitates aliquot maritimae, praesertim Lubecenses et Gedanenses, rebus sic constitutis compellandae sint. Nobis e re esse videtur, ut praesertim Gedanenses S. Regiae Maiestatis subditi, qui a fortunis et facultatibus satis parati et instructi sunt, convenientur et ab eis requiratur, ut classem aliquot navium expediendam et instruendam curent, qua hostem mari adoriantur atque in terras eius impetum et irruptionem faciant. Ea res hostem magnopere percussura esset idque commodi S. Regiae Maiestati allatura, ut hostis, cuius vires diversis locis distractae debilitatae sint, ultiro ad pacis consilia ineunda animum adhibiturus, aut demissius saltem minusque insolenter acturus sit.

Quoniam igitur res omnino ad bellum spectare et necessitas exposcere videtur, ut S. Regia Maiestas Sua omnes non modo subditos suos, verum etiam qui se in tutelam regiam contulerunt, iuxta initas pactiones defendat

et tueatur, itaque Illustrati Vestrae iudicandum relinquimus, num consultum sit, ut S. Regia Maiestas Illustrissimos Principes Electorem Brandenburgensem²⁾ et Ducem Pomeraniae³⁾ uti vasallos, Duce Brunswicensem uti affinem et amicum Principem⁴⁾, per fidum atque autoritate praeditum internuntium conveniendos et periculi magnitudinem, quam ob defensionem christianorum in Livonia sustineat, diligenter et pro negotii qualitate accuratissime explicandam curet porroque petat, ut aut pecunaria aliqua summa, aut militum praesidio Suae Maiestati subveniant, aut si hoc minus videtur, ut saltem hi Principes apud ceteros status Romani Imperii diligenter agant et sollicite intercedant pro obtinenda aliqua parte eius pecuniae, quae communis Imperii consensu ad iuvandam et protegendam Livonię coacta et reposita est, ut inde aliquot stipendiarios et praesertim levis armaturae equites, qui imprimis magno usui sunt contra hunc hostem, alere possit. Quodcumque Suae Maiestati ex his consultissimum videbitur, id amplectatur, statuat ac perfici curet. Nos vero hac ipsa de re ad Duces Megalburgenses⁵⁾, Wirtenburgensem⁶⁾, Marggravios Brandenburgenses, Dominos Ioannem et Georgium Fridericum, accurate scripturi ipsisque pericula ob oculos posituri sumus. Quod si S. Regia Maiestas iisdem Principibus aliquid relatum volet, nihil dubitamus, quin Illustritas Vesta recte rem expeditura sit.

Nos equidem (sicut antea Illustrati Vestrae scripsimus), si in facultibus nostris esset, Regiam Suam Maiestatem libenter iuvaremus nostrumque illi debitum studium et fidelitatem ampla pecuniae summa mutuando testatam redderemus. Verum novit Sua Maiestas Regia ex actionibus superiorum temporum, quibus rationibus exhausti in has angustias coacti et a pecunia maxime imparati simus. Nihilominus tamen pro Sua Regia Maiestate, modo idonee nobis caveatur, ne irreparabili damno afficiamur, arces, oppida et districtus nostros impignorare volumus, sive omnia, quae vasalli Principis officium, fides et observantia requirit, faciemus, ut apparcat nos ab eo cultu et veneratione, qua S. Regiam Maiestatem Suam a puero prosecuti sumus, usque ad extremum halitum non esse recessuros, omniaque nostra in discrimen pro Sua Maiestate posituros. Insuper etiam si propria in persona Suae Regiae Maiestati aliquid servire possumus, sic pro ratione aetatis nostrae grandioris nos exhibebimus, ut Sua Regia Maiestas promptam voluntatem et fidem vasalli Principis conspiciat.

Ceterum totus hic belli apparatus magnam vim pecuniae, quae nervus belli non immerito vocatur, commeatusque ingentem copiam desiderat. Nam sive extero et Germano milite sive vernaculo utendum sit, omnino requiritur, ut iusto subinde tempore stipendia solvantur et commeatus non deficiat. Peregrinus certe miles in locis ignotis commeatum minus procurare potest, quo deficiente nihil sane in ipso praesidii est. Quapropter S. Regiae Maiestati Suae omni cura et cogitatione eo incumbendum erit, ut tam pecunia quam commeatu aliisque rebus necessariis probe parata et instructa sit.

His omnibus recte curatis, illud demum requiritur, ut S. Regia Maiestas tantas copias militum, si fieri potest, habeat, quibus non modo Livonię tueri et contra hostem defendere, verum etiam ulti in terras hostium impetum et impressionem facere possit. Sic futurum esset, ut hostis hinc regiis copiis, illinc Livonicis praesidiis, tertio loco Tartarorum incursionibus, quarto maritimis impugnationibus distentus et varie distractus, quo se primum vertat, non facile inveniet. Postremo Serenissimi Reges Daniae⁷⁾ et Swetiae⁸⁾ egregiam quoque operam navare possent, si a S. Regia Maiestate requisiti contra hostem sive clam sive palam aliquid

attentarent. Quare ut iis quoque in locis auxilium et subsidium quaeratur, nequaquam refragari possumus. Haec omnia pro debito nostro officio et fide, quibus S. Regiae Maiestati devincti sumus, in medium consulere voluimus, amanter et fraterne petentes, Illustritas Vestra hanc nostram simplicitatem et imperitiam boni consulere et, ubi visum fuerit, S. Regiae Maiestati oblata occasione exponere et referre non gravetur. Id erga Illustratatem Vestram amicis et fraternalis studiis nostris demerebimur. Quam Christus Optimus Maximus diu salvam et incolumem conservet.

In folio separato: Duci in Olika, 30 Martii anni 61. Registratum.
Collationatum.

- | | |
|---------------------------------|--|
| 1) <i>Ioannes IV Basilides.</i> | 5) <i>Ioannes Albertus et Carolus.</i> |
| 2) <i>Ioachimus II.</i> | 6) <i>Christophorus.</i> |
| 3) <i>Barnimus IX.</i> | 7) <i>Fridericus II.</i> |
| 4) <i>Henricus.</i> | 8) <i>Ericus XIV.</i> |

N. 5199.

S.l., 30.III.1561.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
litteras eius, 14.III.datas, se accepisse nuntiat et addit tanta gratiarum actione
pro benevolo suo in eum animo et pro 600 taleris ei redditis opus non fuisse;
rogat, ut in posterum non nisi familiaribus suis id potentibus pecu-
niam mutuo det; tabellario suo aquis Memelae fluminis submerso,
responsa sua ad litteras eius iterum mittit; pro equis Turcicis filio suo [Al-
berto Friderico] mittendis gratias agit; se ipsum equis advehendum aptis
nunc opus non habere nuntiat; praefectum suum Grobinensem, Andream
Jonam, currum ei pertinentem ad festum Paschatis Ragnetae habiturum
esse; consiliarium suum, Venceslaum Schack, ad se Vilna reversum cle-
menter a se auditum esse significat, pro salutationibus gratias agit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5200.

S.l., 30.III.1561

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarlo,
litteras eius, 14.III.datas, sibi redditas esse nuntiat; ad omnia litterarum eius
puncta in litteris ad herum eius [Gabrielem Tarlo] datis se iam respon-
disse significat; rogat, ut de noto quodam conventu accuratiorem explo-
rationem faciat; de negotio eius privato se cum consiliario suo Friderico
a Kanitz collocuturum esse scribit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5201.

E Regio Monte, 31.III.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, et, mutatis mutandis, Eustachio Wołłowicz, M.D.L. curiae marscalco, litterarum exhibitem, Paulum Siesicki, servitorem suum conquerentem se fratresque suos in bonis illorum hereditariis, sub Magno Ducatu Lithuaniae sitis, a quibusdam turbari, commendat et rogat, ut «sic eum adiuvet, ne in bonis suis paternis et hereditariis, quae iusto titulo possidet, cum iniuria turbetur».

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5202.

S.l., 2.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Mączyński, secretario Nicolai Radziwitt «Nigri», pro subdito suo Iacobo Brandt, cui servitor nunc defunctus Eustachii Wołłowicz, M.D.L. curiae marscalci, 600 florenorum summam debuit eamque, antequam moreretur, non restituit, intercedit et rogat, ut causam servitoris sui eidem Wołłowicz ita commendet, quo debitum sibi recuperare possit.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5203.

S.l., 3.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae pro palatino Marienburgensi, Achatio Czema, cui rex ante aliquot annos, intercessione Nicolai Radziwitt, palatini Vilnensis, et aliorum, praefecturam Roggenhausen [Rogoźno] clementer promiserat, intercedit et rogat, ut nunc tandem, hypothecario eius castri possessore vita functo, illam obtinere possit.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5204.

S.l., 3.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, pro palatino Marienburgensi [Achatio Czema], cui, intercessione eius adiuto, praefectura castri Roggenhausen [Rogoźno] a rege promissa erat, intercedit et rogat, ut nunc tandem, cum is, «qui arcem eam cum redditibus iure hypothecario possidebat, e vivis excesserit». eam tandem opera et intercessione sua a rege obtinere queat.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5205.

S.l., 3.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Dulski, capitaneo Rogosnensi,

rogat, ut regem submoneat pollicitationis palatino Marienburgensi [Achatio Czema] iam ante annos aliquot ratione praefectureae Roggenhausen [Rogoźno] factae (cfr. N. praeced.).

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5206.

S.l., 3.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

de nimia nonnullorum erga Moscum securitate dolet; rogat, ut se de futuris Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae Comitiis parandis certiorem reddit; litteras reginae tradendas mittit; pro dolore a regina ob nepotis sui mortem exhibito gratias agit.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Erhart von Kunheim, den 3 Aprilis anno 61.

Wir haben dein schreiben, den 20 Martii datirt, bekommen und daraus anfengklich verstanden, das du dich uf ferner schreiben referirest. Demnach wollen wir uff vermeldung allerley fernern gelegenheit warthen, sonderliche aber wess über das, so uns Schacke berichtet, die gesandten aus der Musca ferner einbracht etc.

Und ist warlich mit schmertzen zu beklagen, das man sich gegen des Muscowitters furnemen also sicher stelle. Warthen auch, wie in dem andern ditzfals deinem erbiethen nach, sonderlich wie sich der Muscowitter mit allerley sachen, ime zu seinem vornemen dinlich, versehen thut, von dir fernern bericht. Bitten aber auch wie du, Gott der allmechtige wolle den grausamen und stadlichen widerstandt thun und alle bekennere seines nahmens fur seinem gewaldt gnediglichen schutzen und schirmen.

Wes von dem polnischen reichs- und littauischen landtage ferner fur fallen wirdt, das wollest uns mit erstem verstendigen. Und uberschicken dir hiemit widderumb ein brieflein an die cum titulo unsere gnedige frau, dy konigin¹⁾, gnediglich bevelhendt, du wollest irer ko.mt. solchs überantworten. Das ire ko.mt. mit uns wegen unsers geliebten sohnes, des jungen hertzogen zu Meckelburg²⁾, abgangs ein hertzlich mitleiden tragen, darfur seint wir zum hochsten danckbar. Und sollen ire ko.mt. uns jederzeit den underthenigen, treuen, willigen diener spuren und befinden. Solchs wolten wir dir etc.

1) *Catharina regina Poloniae.*

2) *Albertus, filius Ioannis Alberti ducis Megapolensis et Annae Sophiae, filiae ducis Alberti.*

N. 5207.

S.l., 4.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

nuntiat se litteras eius, 25.III.datas, accepisse et se excusari petit, quod negotium eius nondum expediverit; tabulam latrunculariam («bretspil») quam citissime ei mittere pollicetur; novitates ad cancellarium suum [Ioannem a Kreitzen] ab eo perscriptas sibi ab illo relatas esse significat et gaudet de serio regis consilio afflictam Livoniam armis defendendi; rogat, ut nova scribere perget.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5208.

S.l., 5.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,

rogat, ut Vilna domum redditurus ad se deflectat; certiorem eum reddit, quid responsi dux Moscoviae oratoribus regiis dederit; mittit exemplar consilii sui, a rege petiti, de bello contra Moscum in Livonia gerendo, ad Nicolaum Radziwiłł «Nigrum» perscripti et regi communicandi (cfr. N. 5198); rogat, ut regi hortator sit, «ne pusillanimem se praebeat, sed animo adversus hostem infracto minimeque meticulozo sit» etc.; negotium palatini Marienburgensis obtinendae praefecturae Roggenhausen (Rogozno), a rege ei promissae, commendat.

Cfr. El. XLI, N. 1802.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Albertus etc.

Generose, nobis sincere dilecte.

Cum renuntiatum nobis esset Generositatem Vestram Vilnam profec tam esse, facere non potuimus, quin literis illam nostris inviseremus. Per gratum autem nobis accidisset, si illa hac iter fecisset. Fuissent enim nobis pleraque cum Generositate Vestra conferenda, quae non tam ad salutem incliti Poloniae Regni, quam S. Regiae Maiestatis commodum et emolumen tum nostro iudicio spectare videntur. Sed cum rationes Generositatis Vestrae id non tulerint, hoc ipsum, quod coram concredere illi percupiebam us, literis praestandum duximus. Clementer tamen petimus, ut in reditu Generositas Vestra ad nos deflectat.

Scire Generositatem Vestram arbitramur, quid responsi dederit Moschus¹⁾ oratoribus S. Regiae Maiestatis. Nempe constituisse illum omnino terram Livoniae totam subigere, omnesque se eos pro hostibus habiturum, qui quoquo modo defendendae eius sibi partes sumpserint. Ac renuntiasse quoque S. Regiae Maiestati, ut praesidia, quae in Livonia haberet, abduceret. Si enim hoc non faceret et sanguinis inde profusio sequeretur, velle se excusatum esse.

Accepto hoc S. Regia Maiestas responso, consilium nostrum, quid sibi faciendum sit, requirere dignata est. Cui nos pro fide nostra, quantum ingenii nostri imbecillitas tulit, sententiam nostram ad Illustrum Dominum in Olika Ducem etc.²⁾ perscriptam communicavimus, quemadmodum eius scripti exemplum hisce adiectum habet.

Quia vero facilis est conjectuae hostem immanissimum, pro barbarica sua insolentia, de occupandis Livoniae terris nihil intentatum relicturum, praecipue cum fama sit novas ab illo iam copias illuc missas esse, petimus maiorem in modum, velit Generositas Vestra hortator et submonitor S. Regiae Maiestati esse, ut ne pusillanimem se praebeat, sed animo adversus hostem infracto minimeque meticuloso sit, pluris faciat regiam dignitatem et communem omnibus christianis salutem, quam hostem pro suo more insultantem. Cumque is in celeritate victoriam captet exercitumque suum iam in procinctu habeat, suasor nihilominus S. Regiae Maiestati Generositas Vestra sit, ut rebus suis diligenter invigilet, ne quid per nimiam securitatem aut incuriam detrimenti accipiat. Habet S. Regia Maiestas Sua Regnum populosum et ad rem militarem instructum, ut non propulsare modo hostis impetum, sed vires illius frangere minus laboriosum sit. Sed maturato opus est, nec diu cunctandum, ne cum Maiestas Sua arma imperare cooperit, hostis maximam Livoniae partem sui iam iuris fecerit et vicinas provincias aggrediatur. Qua in re si S. Regia Maiestas se animo forti esse ostenderit et numerose aliquo exercitu, sicut omnino res postulat, pro gloria Dei et defendendis christianis populis proque pacificatione suarum terrarum, sive generalem expeditionem seu tutelae administrationem suscepit, minime dubitamus, quin Deus Optimus Maximus ipse pro suo quoque grege pugnaturus et auxiliares S. Regiae Maiestati vires largiturus sit.

Ac sane pergratum nobis est auditu, sicut perlatum ad nos est, S. Regiam Maiestatem pro copiis militaribus in Poloniā suos iam ablegasse. Quas tamen cum non prius quam ad Pentecostes festum proximum S. Regiae Maiestati affuturas dicant, timemus, ne mora haec nimis diurna futura sit et ne interea temporis Moscus rei bene gerendae opportunitate oblata utatur. Praestaret autem, ut iam iam S. Regia Maiestas exercitum ad expeditionem paratum haberet ac in omnem eventum, tam suo quam eorum, quos defendendos suscepit, emolumento, cum dignitate hostis conatus frangeret. Quam ad rem ut Generositas Vestra consultor sit, agatque cum Illustri Domino in Olica Duce etc. aliisque, apud quos expedire arbitramur, de his accurate, clementer petimus.

Ceterum latere Generositatem Vestram nolumus Magnificum Palatinum Marieburgensem³⁾ pollicitationem regiam habere ratione praefecturae Rogohausen, cuius possessore hipothecarius cum non ita pridem vita functus esse dicatur, scripsimus ad S. Regiam Suam Maiestatem ac pollicitationis eiusdem, Palatino Marieburgensi factae, illam submonuimus, quarum literarum exemplum cum hisce mittimus. Cum autem relatum nobis sit possessorem eius castri defunctum propinquitate Generositati Vestrae coniunctum fuisse, rogatam Generositatem Vestram habemus, velit suas nostris precibus coniungere ac sedulo incumbere, ut ea praefectura Domino Palatino p̄ae aliis conferatur. Intellegimus enim illum ad priorem pignoraticiam mutui summam adiecturum vel tringinta florenorum etiam millia, ut non dubitemus facilem fore S. Regiam Maiestatem et nostrae et Generositatis Vestrae intercessioni. Quod si praeterea nostra quoque negotia promovere et iuvare istic poterit, in eo ut benevolum se nobis Generositas Vestra praebeat, clementer rogamus. Mittimus autem Generositati

Vestrae fidei literas ad Illustrem Dominum Ducem Olicensem etc. liberumque Generositati Vestrae facimus, ut ipsa sibi ex praedictis dicendorum instructionem formet, ac salute verbis nostris praemissa, quae Generositas Vestra utilia et necessaria esse duxerit, tam in Livonicis quam Palatini negotiis, vigore earum agat et proponat.

Ad extremum iniunximus Capitaneis nostris, qua iter ex Lithuania ad nos est, ut cum Generositas Vestra ad nos descenderit, necessaria illi suppeditent omnia. Et si quas citis itineribus ad nos literas Generositas Vestra perferri voluerit, postas in procinctu semper habeant. Atque haec Generositati Vestrae significanda esse duximus. Quam interim dum salva et incolumis nos accesserit, rectissime valere optamus. Datae.

Relatio Cancellarii⁴⁾

In folio separato: Raphaeli Lieschinski, 5 Aprilis.

- 1) *Ioannes IV Basilides.*
2) *Nicolaus Radzivill «Niger».*

- 3) *Achatius Czema.*
4) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5209.

S.l., 9.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Boner, castellano Biecensi,

pro aliquot vasis vini ad usum suum coemptis gratias agit; paratum se esse scribit pro eis vel debitam pecuniam numerare vel, iuxta recens eius desiderium, oves aliquot mittere.

(Germanice)

Cfr. El. XLI, NN. 1795, 1805.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5210.

S.l., 12.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

nuntiat de conventu commissariorum regiorum et suorum ad terminandos limites inter districtum regium Bratianensem et Ducatus Prussiae praefecturas re infecta concluso; de equis aliisque rebus subditis suis Ioanni et Georgio Stoll a palatino Culmensi [Ioanne Działyński] in loco litigioso ademptis queritur; de his omnibus regi relaturum servitorem suum Michaelem Fridwalt mittit.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
Hieronymum Maletium, dictionarium Latino-Germano-Polonicum ad usum
iuuentutis edere in animo habentem, commendat et rogat, ut ei privile-
gium a rege impetret de opere eiusmodi intra Regni et terrarum regiarum
fines ad decursum octennii non recudendo.
Conc., H B A, B, K. 1182.*

Illustris Princeps, Amice ac Frater perchare.

Honestus Hieronimus Maletius¹⁾ in usum rei literariae et iuuentutis, quae cum materna alias quoque imbibere linguas studet, editurus est Dictionarium Latino et Germanopolonicum, quemadmodum prima eius editionis iam coptae pagina ostendit, quam hisce cum literis mittimus. Ut autem et laboris et impensae fructum aliquem percipiat, petiti, ut nostra commendatione privilegium illi a S. Regia Maiestate impetraremus de non recudendo eo opere intra Regni et terrarum S. Regiae Maiestatis Suae fines ad decursum usque octennii. Qua in re etsi S. Regiam Maiestatem minime difficultem fore arbitramur, duximus tamen operam quoque hac in re Illustritatis Vestrae requirendam esse. Quae cum apud S. Regiam Maiestatem valeat plurimum, amanter et fraterne illam rogatam habemus, ut concessionem eam privilegii impetrari iuvet suasque ea in re confienda preces nostris adiungat. Factura Illustritas Vestra rem scholis imprimis, tum vero aetate etiam provectionibus valde utilem, sibique Maletium arcto obsequii vinculo devinciet. Nos vero amicis et fraternalis studiis nostris id ipsum compensare conabimur. Cupimus tandem Illustritatem Vestram rectissime valere.

Relatio Secretarii

In folio separato: Duci in Olika, 12 Aprilis

1) *Hieronymus Malecki, filius Ioannis, editor,
minister verbi.*

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Matthaeo Scherping (vel Scharping) et Michaele Fignau (vel Figenow),
civibus Gedanensis, intercedit et rogat, ut eis liberam potestatem navi-
gandi et res, quas opera et industria sua a Reipublicae hostibus vel hostes
armare et iuware conantibus adepti sunt, suo arbitrio distrahendi et col-
locandi faciat.
Conc., H B A, B, K. 1182.*

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod Famati Mattheus Scherping et Michael Fignau, cives Gedanenses, denuo mihi officiose referendum curarunt, quod etsi superiore tempore de mense

Ianuarii S. Regiae Maiestatis Vestrae mandata ad Senatum Gedanensem obtinuerint, quibus Senatui iniungatur, ut liberam potestatem faciat dicto Mattheo rerum omnium illarum in ea navi, quae praeterito anno in Moschoviam vela faciens ab eo intercepta et Gedanum deducta esset, distrahendarum arbitrio suo collocandarum, tamen sibi nihil hactenus per Gedanenses distrahere licuisse. Qua ex re non exiguo damno sit affec-tus, seque cogi, necessitate sic prorsus exigente, iterum S. Regiam Maiestat-tem Vestram hoc nomine interpellare. Gedanenses enim hoc ipsum stu-diose facere, ut hominem hoc modo retardent ac retrahant, ne tempestive mare ingrediatur hostique necessaria subvehentes arceat et impedit. Quid inde colligendum, facile accuratius consideranti succurrit. Siquidem non obscure apparet ipsos commercium habere cum Lubecensibus iis, qui hostem indies armare student.

Cum autem non aequum modo et iustum sit, verum etiam S. Regiae Maiestatis Vestrae existimationem et dignitatem concernat, ut ii, qui eiusdem iussu et mandato bonam operam contra hostem navarunt, sui laboris, operaet industriae fructum debitum percipient, ut taceam, quod alii hoc exemplo deterriti suam operam in posterum denegatur sint. Itaque S. Regiam Maiestatem Vestram iterum etiam atque etiam vehementer et demisse oro, dignetur denuo Senatui Gedanensi serio et sub indignatione gravi mandare, ut hisce duobus supra nominatis viris arestum ocios remittat et liberam potestatem faciat ea omnia, quae suis sumptibus, opera et industria et quidem iussu S. Regiae Maiestatis Vestrae ab iis, qui hostem armare ac iuvare conabantur, in mari adepti sunt, suo arbitrio distrahendi, ut non modo damna sua et expensas inde sarciant, verum etiam eo citius instructis navibus vicissim mare ingredi et suo officio satisfacere queant. Factura est S. Regia Maiestas Vestra rem non solum his hominibus necessariam, sed etiam toti Reipublicae salutarem, pluresque alias ad eandem operam praestandam incitat. Ego autem debitis meis studiis et subditis officiis rependere conabor. Christus omnipotens S. Regiam Maiestatem Vestram diutissime salvam, incolumem et fortunatam tueatur. Datae Reg[iomonti].

Regi Poloniae, XIII Aprilis 1561.

N. 5213.

S.l., 14.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,

pro Mattheao Scherping et Michaele Figenau, piratis regiis, qui anno supe-riore navem sali onustam in Moscoviam vela facientem et alias etiam hosti in auxilium eunes intercepserunt, a senatu Gedanensi vexatis (cfr. N. praeced.).

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Raphael Lessinski, den 14 Aprilis 61.

Wir konnen euch gnediger meinung nicht bergen, das uff ko.mt. zu Poln etc. und des hern meisters zu Eyfflandt¹⁾ bestallung zeigere Matheus Scherping und Michahel Figenau vorm jar estliche schiff auf ir darlage und ebenteuer in die sehe ausgerustet, den zufuhrern des feindes, des Muscowitters, zu wehren. Nun haben sie under andern ein schiff mit saltz beladen,

des in die Muscau lauffen wollen genohmen und vergangenen herbst gen Dantzig bracht. Es hat aber der rath zu Dantzig das guth im schiff zu partiren oder das schiff wegzubringen keins wegs gestadten noch zugeben wollen. Und obwol die guten gesellen solchs der ko.mt. hievor geklagt und harte mandata an die von Dantzig erlangt, hat inen doch nicht mögen ver-gunt werden, vermöge der mandata, schiff und guth zu partiren.

Und werden die guten gesellen gedrungen, sich abermals an die ko.mt. zu begeben, und wie mit inen den koniglichen mandaten zuwider gefaren wirt, zu klagen. So wir dann warlich mit allem fleiss darzu gerathen, das die guten gesellen der schedlichen infuhr dem feinde zu wehren aufbracht, und es die hohe noth gantzes Eyfflandes und der ko.mt. lande erfordert, habt ir zu bedencken, was schaden, schimpf und nachteil es bringt, das mit den guten gesellen also umbgangen wirt, und do die ko.mt. oder andere dergleichen leuthe in die sehe dorffen wurden, wer sich wol gerne darzu brauchen wurde lassen wollen? Und were die hochste notturft, das sie nuhmer algereit wider in der sehe sein mochten, dann die guten gesellen die gewisse kundtschaft haben, das zu der Narva 7 schiff ligen mit grossem guth, das diss vorjar heraus gen Lubegk gefurt wirt. Es werden aber die guten gesellen zum heftigsten daran gehindert. Und ist wol zu besorgen, das es der Lubegker angeschiffte practicirung seyn, damit die schiffe, so in der Muscau sein, sovil sicherer heraus komen mögen.

Damit nun die guten gesellen zu deme, das inen Gott und das gluck gegonnet, einmal kommen mögen, so haben wir nicht lassen können, sie an euch zu verschreiben. Und ist demnach an euch unser gnediges begeren, ir wollet sie bey ko.mt. treulich helfen befordern, damit sie von irer mt. ernste stracke mandata an die von Dantzka erlangen, das inen schiff und guth aus allem arrest losgelassen und ohne fernere molestirung, bekommernuss oder einigen rechtszwang, dasselbe zu partiren oder wegzubringen, gestadtet. Daran thut ir etc.

H[einrich] Stend[rich]

1) *Gottardus Kettler.*

N. 5214.

E Regio Monte, 15.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Hieronymo Maletio et Ioanne Radomski, dictionarium Latino-Germano-Polonicum edere cupientibus, intercedit et rogat, ut eis privilegium concedat de eiusmodi opere per octo vel saltem sex annorum spatium intra fines Regni Poloniae ab aliis typographis non recudendo.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Serenissime Rex etc.

Venerabiles ac eruditici viri Hieronimus Maletius et Ioannes Radomsky, verbi Domini ministri et fideles mihi dilecti, humiliiter coram me exposuerunt habere se prae manibus opus utile et ad iuvanda tum pueritiae, tum eorum studia, qui Latinam, Germanicam et Polonicam linguas discere

cupiunt, imprimis accommodatum et idoneum, videlicet Dictionarium Latinogermanicum Dasipodii, quod Polonico sermone explicandum et transferendum decreverint iamque aliquam eius operis partem perfecerint, cuius specimen S. Regiae Maiestati Vestrae cum his literis mitto. Cum autem hoc ipsum opus non modo labores ingentes ac indefessos requirat, verum etiam sumptus aliquos desideret, verentur boni illi viri, ne perfecto iam et in publicum edito opere per alios typographos intra fines Regni Poloniae, cum summa ipsorum pernicie et frauduatione, nondum scilicet distractis exemplaribus, denuo sub prelum revocetur et imprimatur, eaque ratione omne ipsis praemium et laborum et sumptuum praeripiatur. Itaque a me vehementer et demisse petierunt, dignarer ipsos hoc nomine ad S. Regiam Maiestatem Vestram diligenter commendare, ut privilegium obtineant, quo severe caveat, ne intra octo aut minimum sex annos ulli typographo, intra Regnum Poloniae et ditiones S. Regiae Maiestatis Vestrae constituto, hoc ipsum Dictionarium Polonicum imprimere, aut alibi etiam quam hic Regiomonti impressum vendere liceat, sub gravi poena seu mulcta pecunaria, quanta S. Regiae Maiestati Vestrae visa fuerit.

Quae quidem ipsorum petitio cum et honesta et aequa mihi videretur, facere non potui, quin bonos hosce viros, ut laboris et diligentiae suae fructum aliquen perciperent, commendatione hac mea prosequerer. Peto itaque maiorem in modum submissem, S. Regia Maiestas Vestra clementer considerare dignetur, qualis fructus quantaque utilitas ex hoc labore ad communem iuventutem redditura sit, atque ideo faxit, ut boni illi viri praemii cuiusdam loco regium tale, de quo dictum est, privilegium et diploma consequantur. Ita S. Regia Maiestas Vestra communia iuventutis studia praeclare iuverit et his viris calcaria quodammodo addiderit, ut Ecclesiam et Rempublicam postmodum aliis quoque scriptis et monumentis Polonicis ornare et iuvare contendant. Ego autem hoc beneficii debitum meis studiis et obsequiis S. Regiae Maiestati Vestrae sedulo rependere conabor. Quam Deus omnipotens longis temporibus salvam, felicem et fortunatam conservet. Datae Regiomonti.

Sub textu: Regi Poloniae, XV Aprillis. Collationatum. Registratum.

N. 5215.

S.l., 19.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Ioannis Secluciani, concionatoris sui Polonici, fratre, cui rex in proximis Regni Comitiis Petricoviensibus privilegium unius mansi promiserat, intercedit petitque, ut eiusmodi privilegium in scriptis consequi possit.
(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5216.

Neuhausen, 20.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Korycky, praefecto Gieranoniensi,

pro studiis eius in se et in eos, quos ipsi commendaverat, comprobatis gratias agit; porro etiam, necessitate postulante, opera eius se usurum esse scribit.

(*Latine*)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5217.

Neuhausen, 24.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

*Matthiae Poley, secretario comitum a Górká,
gratias agit, quod de tabellarii sui morbo se certiorem reddidit et quod litteras
ad Gulielmum a Rosenberg scriptas per alium tabellarium proprio sumptu
mittendas curavit.*

(*Germanice*)

Cfr. El. XLV, NN. 161, 162.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5218.

S.l., 25.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

*nuntiat se litteras eius accepisse et pro novitatibus, praesertim de legatis mar-
chionum Brandenburgensium de negotio feudi Franconici apud regem
tractantibus, gratias agit; rogat, ut per Petrum Myszkowski vel alias regem
adducat, quo in negotio eiusdem feudi Franconici et banni sui imperialis
responsum sibi benevolum dare velit.*

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Erhart von Kunheim, den 25 Aprilis 61 etc.

Wir haben 2 dein schreiben, zur Wilna eins den 11, das ander den 17 Aprilis datirt, empfangen und aus dem ersten, wess die marggreischen gesanthen bey der ko.mt. geworben, davon du uns dann copien zusendest, und das uns niemands mer als unsere eigen blutsfreunde in der acht und frenckischen lehnsachen hindern, sampt fernerm inhalt verstanden und eingenommen. Fur solch dein anzeigen und vermelden, auch zusendung der werbung seint wir dir in gnaden danckbar. Und hetten warlich uns zu unsren freundten eins solchen, sonderlich das die, so doch mit und neben uns belehent sein, am meisten hindern solten, nicht versehen. Wir lassen aber die werbung, so die marggreischen gethan, in ime ruhen und werden die ko.mt. die gelegenheit, was die thun sollen, wol wissen.

Unser gnediges begeren aber ist an dich, du wollest sehen, ob du durch den cantzler Miscofski¹⁾ oder in andere wege, wie es dir zuweg zu bringen möglich, der ko.mt. konnest fuggiren lassen, das ire mt. in irer antwort mit fur beschwerlich anzyhen, das uns als irer mt. nahen blutsfreunde

und lebensfursten unsere erbgerechtigkeit, so uns von unsers vettern, marggraff Albrechten gottseligen²⁾, landen iure naturae, civili et ex pactis et transactionibus zukeme, so gantz und gar wider alles obermelte entzogen wurde. Und obwol ire mt. derwegen zum oftern an die key.mt. umb leihung der lehen geschriben und gebethen, so hette doch solchs bisher nicht volgen mögen, und befunden ire mt. fast sovil, das in dem handel uns nient mehr und sehrer hinderte und den aufschub machte dann villeicht ir herr. Warumb es aber s.l. theten, neme ire mt. wunder und konten es nicht loben, das blutsfreunde also einander hinderten. Begerten derwegen, s.l. wolten der ko.mt. zu gefallen und dann der gerechtigkeit und billigkeit nach sich zu den wegen schicken, das uns als irer mt. so nahen blutsfreunde, lehenfursten und undersassen, den ire mt. der billigkeit und tragenden obrigkeit nach nicht verlassen konten, sonder in allen billichen sachen fordern, schutzen und handhaben helfen musten und wolten, unsere erbgerechtigkeit nicht entzogen oder behindert, sonder vilmehr gelassen werden möchte.

Desgleichen weil die beschwerliche acht, domit wir doch zur unbilligkeit belegt wehren, auch noch verhanden und nicht konnen bisher aufgehoben werden, musten die ko.mt. es darfur achten, das von etlichen, die es billich thun solten, darinne die geburenden mittel nicht gesucht. Und gleuben ko.mt. das nurt gewisse, wo er und die andern marggraven, so die erbrechtigkeit an den landen Preussen haben, sich nurt ein wenig etwas mit ernst darumb annemen theten, wie sie dann ex pactis et foederibus ze thun schuldig, es solte, konte und wurde die hochbeschwerliche acht wol aufgeschoben und retractirt werden. Derhalben wolten ko.mt. s.l. zum hochsten und freuntlichsten ermanet haben, sie wolten wol bedenken und erwegen, wess sy in disem falle zu thun schuldig, und demnach wie sie an irem iure successionis terrarum Prussiae nichts ir verhindert oder verkurtzt, sonder dasselbe ohne abbruch haben wolte, uns an unserm iure successionis der frenkischen lande nicht allein nicht hindern, sonder nach eusserstem irem vermugen dieselben zu erlangen und das die acht aufgehoben werden möge, fordern helfen etc., wie du dann deiner geschicklichkeit und bescheidenheit nach am besten solchs wirst vorzubringen und vorzustellen wissen. Wo es aber der ko.mt. je zu hart dunken wurde, so stellen wir, wie und welchermassen die ko.mt. disfals es thun oder die antwort stellen wollen, anheimb, allein bitten wir, die ko.mt. unser bestes in disen beden stucken, der lehen und acht, wissen und vortstellen wollen.

Das der herr Simon³⁾ angefangen zu predigen, darzu wunschen wir Gottes gnade und hulf, die in solchen hendeln am hochsten vonnothen, und sollest nicht zweifeln, wir wollen ja an uns disfals, was gelangt, uns der gebur zu verhalten wissen. Weil du aber uns deinen bericht zuzuschicken dich erbeutest, wollest damit nicht seumen oder uns lang aufhalten, uff das do jemandt an uns keme, wir uns darnach zu richten haben mögen.

In deinen privatsachen konnen wir dich noch nicht entlich beantworten, seintemal uns darinne noch allerley zu erkundigen vonnothen.

Unser gnedigen frauwen, der konigin⁴⁾, wollest neben uberantwortung beyligendes briefs unsere geburenden dinste und freuntliche begrussung, wie du wol und zum besten zu thun weist, anmelden, uns auch irer mt. treulich bevelhen. Und so uns ire mt. mit iren schriften ersuchen wirt, wollen wir es mit freuntlichem dinstlichen willen gerne annemen.

In dem andern deinem schreiben vermerken wir, wess du uns von zei- tungen und sonston aller gelegenheit mitteilest. Darfur seint wir dir gne-

digst danckbar und begern ferner mit gnaden, du wollest uns oft mit deinen schriften etc.

H[einrich] Stend[rich]

- 1) *recte: Petrus Myszkowski, negotiorum Cancellariae tunc temporis curator.*
- 2) *Albertus iunior, marchio Brandenburgensis, ducis Alberti ex fratre nepos.*
- 3) *Simon Wanraben, concionator Germanorum Vilnensium.*
- 4) *Catharina.*

N. 5219.

S.l., 25.IV.1561.

Albertus dux in Prussia

Henrico a Dohna

excusione eius de rariore litterarum scriptione se contentum esse scribit; de regis consilio in propria persona contra hostem proficisciendi gaudet et omnia fausta ac secunda in hac expeditione defendendae Livoniae causa suscipienda regi exoptat.

Ostpr. Fol., vol. 46

An Heinrichen von Dhonen, den 25 Aprilis 61.

Wir haben dein schreiben, zur Wilna den 17 Aprilis ausgangen, bekommen und inhalts, welchermassen du dich deines so wenigen schreibens halben entschuldigst, und dann uns allerley, wess du mit der ko.mt. der hulf und aufzugs halben wider den feindt, den Muscwitter, geredet und erfahren, du uns auch ferner mitteilest, verstanden. Nun seint wir mit deiner entschuldigung deines nicht schreibens halben wol zufriden, können wol erachten, das dich allerley verhindernuss und geschefta davon abhalten. Weil wir aber dannest gern sovil möglich deine schreiben haben, so begeren wir mit gnaden, du wollest uns jeweilen alle gelegenheit vermelden und zuschreiben. Wann du aber je nicht selbst schreiben kanst, solchs durch Kunheim (wie du dann bisher gethon und noch zu thun erbutig bist, und darfur wir dir gnedigst danckbar sein) an uns schreiben und bringen lassen, dann du uns daran zu besonderm gnedigen gefallen thust, seints auch mit gnaden abzunemen gewogen.

Ferner vermerken wir, das die ko.mt. in willens, eigner person wider dem feinde zu ziehen. Darzu wunschen wir irer ko.mt. vil gluck, Gottes segen, hulf und beystandt, das es ire ko.mt. mit gluck anfahen und zu rettung der armen bedrengkten lande Eyfflandt mit freuden und erhaltenem sige vollenden mögen. Weil aber gleichwol dises nicht ein geringer feindt ist, damit ire mt. zu thun bekommen, so will warlich der ko.mt. guth acht, aufsehens und vorsorge vonnothen sein. Derhalben begeren wir gnedigist, du wollest der ko.mt. hievon oder sonst zu rede wirst, ire mt. zum hochst- und fleissigsten (doch unser unvermerkt, als vor dich und das du es aus treuer underthenigkeit thust) ermanen, warnen und bitten, das ire mt. gleichwol bedencken und erwegen wolten, das es nicht ein geringer feindt ist, mit dem sye zu thun haben werden. Derhalben wolten ire mt. inen nicht gering achten, sonder weil sy personalien ziehen wolten, ir thun in guter acht haben, sich wol vorsehen und sonderlich gute kundtschaft (die dann in kriegsgescheften das aller nottigist, nutzte, beste und geratenste ist, dadurch auch dem feinde am meisten abgebrochen

werden mug) halten und je dahin trachten und dencken, das sie nicht thun kunlich sich zum schlagen brengen und bewegen lassen, sonder alles mit gutem rath und wolbedacht, wann alle ding wol verkundtschaft und alle gelegenheit zu wissen zu rechter zeit geschehe, uff das aller schimpf und spot, ja nachteil, schade und niderlage verhuttet. Zuforderst und vor allen dingen aber wolten ire mt. vleiss haben, das sy den vorzuge vor dem feinde haben und in die noch unverhereten orther komen mögen. Dann do diea) feinde den vorzug gewinnen und in die unverhereten orther gelangen und derselben mechtig werden solten, hetten ire mt. zu bedencken, wie ehr alsdann darinnen hausen und alles, wess er finden wurde, wie er vor gethon, verheren, verbrennen und wegtreiben wurde, dadurch dann der ko.mt., so sie in den verwusteten orthern sein und ligen solte, allerley beschwer und nachteil, ja kummer und hunger der irigen zu besorgen. So aber ire mt. der guten orther habhaft wurden, hette sy ein grossen vortheil vor dem feinde, und konten die armen leuthe dannest, wann sie ein schutz sehen und hetten, etwas zur sach und sovil besserer enthaltnuss gedencken, der der ko.mt. und den irigen auch nötig, und möchte dem feinde sovil besser und mehr widerstanden und sein trotz gebrochen werden, wie ungeverlich solchs und merers irer mt. zu sagen sein mochte.

Und setzen demnach in dich den wenigsten zweifel, du werdest disen dingen vleissiger nachdenken und unser unvermerkt alles besser und weit-leufiger der ko.mt. zugrunth furen, uff das ire mt. sich in allem wol vor-sehe, wie es dann wol vonnöthen. Solchs seint wir etc.

H[einrich] Stend[rich]

a) in ms. der

N. 5220

S.l., 1.V.1561.

Albertus dux in Prussia

*Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
rogat, ut promissam iam pridem sedecim milium talerorum summam, rationibus suis id exigentibus, sibi tandem in mutuum dare velit; in cuius summae cautionem hypothecariam unam ex praefecturis Ducatu suo finitimus, quas a Livoniensibus recens in possessionem acceperat, se ei datum pollicetur.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5221

S.l., 1.V.1561.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
pro diligentia in negotiis palatini Marienburgensis [Achatii Czema] promoven-dis adhibita gratias agit; rogar, ut de bellicis regis apparatibus se certiorem reddat; gratias agit pro missa sibi instructione oratorum Georgii Friderici marchionis Brandenburgensis ad regem missorum et rogar, ut etiam responsum eis datum sibi communicandum curet; pro curru ei misso*

tanta gratiarum actione opus non fuisse nuntiat; se minime gravari scribit aliquot dolia vini ad usum reginae Catharinae mittere.
(Schedula: per eundem veredarium vinum reginae mittit).
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5222

S.l., 4.V.1561.

Albertus dux in Prussia
Hieronymo Chodkiewicz, castellano Vilnensi,
pro litteris, summae in se benevolentiae plenis, gratias agit et officia servitiae-
que sua vicissim offert; filium eius [Ioannem] sibi commendatissimum
esse.
(Latine)
Conc., H B A, B, K. 1183

N. 5223

S.l., 4.V.1561.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
Clementem Schmidt, raedarium suum, 18.IX.1560 iam ei commendatum, ite-
rum commendat et rogat, ut eum in obtinendis salvi conductus litteris
apud regem iuvet.
(Germanice)
Cfr. El. LXIX, N. 5137.
Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5224

S.l., 5.V.1561.

Albertus dux in Prussia
Eustachio Wołłowicz, M.D.L. curiae marscalco,
de servitore suo, eius autem consanguineo Friderico [Cizemski] ex periculo
submersionis in flumine Memela prope Caunam servato gratulatur; rogat,
ut sibi perscribere velit, «quid rerum istic sit novarum, quid de pace seu
bello Moschovitico sperandum, ac utrum-ne istic apparatus sint ad
expeditionem, an vero tranquilla et pacata omnia».
(Latine)
Cfr. El. XLI, N. 1808.
Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5225

S.l., 6.V.1561.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
de oratore ducum Pomeraniae, periculum Moscoviticum metuentium, ad
regem properante, certiore eum reddit et sperat fore, ut rex, hostis poten-

tia ad animum revocata, suorum et omnium christianorum saluti consulturum esse.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Illustres Domini Pomeraniae Duces¹⁾ significarunt mihi se praesentium exhibitem, cancellarium ipsorum, ad S. Regiam Vestram Maiestatem ablegasse, eo ducti consilio, quod pensi secum haberent, si Moschus (quod Deus avertat) Livonia potiretur, malum hoc ad Illustritatem illarum, tanquam in vicinia maritima illius orae constitutas^{a)}, redundaturum esse. Quae autem mandata is ipse legatus ad S. Regiam Vestram Maiestatem habeat, ut mihi non constat, ita sciscitari illa minime conveniebat. Facile autem conicio Illustritatem ipsarum prudenti consilio hanc legationem instituisse. Cum rebus sic stantibus vigilantem esse praestet quam nimis securum. Itaque non dubito S. Regiam Vestram Maiestatem curae habitur illa, quae Illustritatem ipsarum ad eam referenda esse putarunt, simulque pro sua singulari in rebus dextre gerendis sapientia proque excellenti ingenio suo, hostis potentiam et in celeritate victoriam captantis calliditatem clementer ad animum revocaturam easque rationes non neglecturam aut intermissuram esse, quibus ad salvandas christianorum terras pie et clementer hactenus intenta fuit, siquidem vicinorum populorum protectione ac salute suo ipsius ac suorum commodo rectissime consulere nominisque celebritatem egregie per totum Orbem Christianum amplificabit, vicinos autem Reges et Principes, quibus propugnaculo quasi futura est, sibi arctissime inde devinciet. Atque haec S. Regiam Vestram Maiestatem celare nolui. Quam rectissime cum rerum omnium felicissimo successu valere exopto. Datae.

Relatio Cancellarii²⁾

In folio separato: Regi Poloniae, VI Maii. Registratum. Collationatum.

a) *in ms. constitutis*

1) *Barnimus IX eiusque nepotes.*

2) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5226.

E Regio Monte, 12.V.1561.

Albertus dux in Prussia

palatino Russiae [Nicolao Sieniawski]

per cubicularium suum Marcellum Konarski, internuntium suum ad palatium Moldaviae [Alexandrum] missum, eum salutat, nova sibi significari petit et rogat, ut eundem internuntium suum, si ope eius indigerit, adiuvare velit.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5227.

E Regio Monte, 12.V.1561.

*Albertus dux in Prussia
palatino Moldaviae [Alexandro]*

cubicularium suum Marcellum Konarski, qui «mentem, voluntatem et sententiam» suam ei patefaciet, et quae in gratiam eius «fabricanda et praeparanda» curaverat, ipsi referet, ad eum mittit et petit, ut plenam in omnibus fidem ei adhibeat.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5228.

E Regio Monte, 12.V.1561.

*Albertus dux in Prussia
Stanislaw Konarski*

per cubicularium suum, eius vero filium, Marcellum Konarski, internuntium suum ad palatinum Moldaviae [Alexandrum] missum, eum salutat, eundem internuntium suum ipsi commendat et rogat, ut si in negotiis suis procurandis et expediendis pecunia indiguerit, illi sive apud mercatores Lublinenses, sive alibi, prospiciat.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5229.

E Regio Monte, 12.V.1561.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Starzechowski*

Marcellum Konarski, cubicularium suum, ad palatinum Moldaviae [Alexandrum] missum, commendat.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5230.

E Regio Monte, 12.V.1561.

*Albertus dux in Prussia
Stanislaw Konarski*

servitorem Ioannis Alberti ducis Megapolensis, generi sui, pro coemendis trecentis bobus ad partes Russiae missum, commendat et rogat, ut illi opera et auctoritate sua adesse velit, quo boves bonos consequi possit.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5231.

E Regio Monte, 17.V.1561.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae*

nuntiat se servitori suo Thomae Koss, controversiam cum debtoribus quibusdam habenti, mandasse, ut se in persona coram commissariis regiis hac in causa constitutis ad festum Pentecostes proximum (25.V.) sisteret; rogat, ut rex causam eiusdem servitoris sui clementer iuvet, quo ei sine mora iustitia administretur.

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 792.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5232.

S.l., 17.V.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, pro fraterno eius studio in negotiis suis expediendis exhibito, de quo ab inter-

nuntio suo Venceslao Schack se intellexisse scribit, gratias agit; servitorum suum Thomam Koss, controversiam cum quibusdam debtoribus Iudeis habentem, commendat.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5233.

S.l., 17.V.1561.

Albertus dux in Prussia

Petro Myszkowski et, mutatis mutandis, Eustachio Wołłowicz, Philippo Pad-

niewski, Stanislao Karnkowski, Ioanni Dulski

commendat negotium servitoris sui Thomae Koss, controversiam cum Iudeis quibusdam, debtoribus suis, habentis.

Cfr. El. XLI, N. 1816.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5234.

S.l., 18.V.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill «Nigro» et, mutatis mutandis, Petro Myszkowski servitori suo Thomae Koss, causam Vilnae cum quibusdam debtoribus suis habenti, salvum conductum mittit et rogat, ut eidem subdito suo auxilio esse velit, «ne adversariorum petitionibus hoc casu locus detur».

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5235.

S.l., 19.V.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Łaski, capitaneo Crasnostaviensi,
de matrimonio ab ipso ineundo gaudet et gratulatur, omniaque fausta et felici-
cia ei exoptat; nuntiat se Achatio Czema iuniori in mandatis dedisse, ut
ad nuptias eius cohonestandas vices suas ageret («haud aliter ac ipsi
praesentes essemus»).*

(Latine)

Cfr. El. XLI, NN. 1806, 1814.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5236.

S.l., 19.V.1561.

Albertus dux in Prussia

*Henrico burggravio a Dohna
pro diligentia in promovendis negotiis suis adhibita gratias agit; sperat Deum
res omnes ad maiorem nominis sui gloriam conversurum esse; rogat, ut
in posterum quoque nova scitu digna scribat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46

N. 5237.

S.l., 20.V.1561.

Albertus dux in Prussia

*Achatio Czema iuniori
certiorem eum reddit se a Nicolao Łaski ad nuptias cum Sophia Śmigelska
celebrandas invitatum esse et rogat, ut, cum ipse propter aetatem provec-
tam et affectam valetudinem eiusmodi caerimonii in persona interesse
non possit, ad cohonestandas eas nuptias vices suas agere velit.*

(Germanice)

Cfr. El. XLI, NN. 1806, 1814.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5238.

S.l., 20.V.1561

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,
rege ad festum Trinitatis [1.VI.1561] hastiludia et alia certamina instituere
cupiente, armifactorem suum Henricum (Heintz) Foller, a rege expeditum,
se libenter et sine mora missurum esse nuntiat; ipsi, rege postulante, eius-
modi certaminibus interfuturo benedictionem divinam et firmam valetu-
dinem exoptat («wunschen wir euch dazu Gottes gnedigen segen,
stercke und das ir fest wie mauren stehn und sitzen möget»).*

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 229

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5239.

S.l., 19.V.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
nuntiat imperatorem speciali mandato, ad status Imperii edito, contributio-
nem pro auxiliis Livoniae ferendis decrevisse et legionem militum Germa-
norum mox in Livoniam traiecturum esse.*

Cons, H B A, B, K. 1182.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Latere Illustritatem Vestram nolumus significatum nobis esse, S. Imperatoriam Maiestatem¹⁾ edito mandato statibus Romani Imperii contributionem ducentorum millium florenorum pro auxiliis Livoniensibus ferendis imperasse iamque ad eam rem equitum peditumque ductores ex parte aliqua designatos et conscriptos esse. Legionem autem unam militum Germanorum, aliquot peditum signa seu cohortes continentem, prope diem in Livoniam traiecturam, praesidiis castrorum et munitionum itinerumque custodiae eius provinciae destinatam.

Porro dum haec ad Illustritatem Vestram scribuntur, nuntiatur nobis Principes quosdan orae maritimae vicinos conventum Luneburgi habuisse, ibique de ferendis auxiliis Livoniae deque defendenda ea consilium unanimi consensu iniisse. Exercitus eam ad rem deputatus in Regno Daniae conveniet indeque traiicit in Livoniam. Ductorem seu supremum ducem habiturus est Illustrem Dominum Adolphum Holsatiae etc. Ducem. Haec ita ut a fide digno et non infimi ordinis amico nobis communicata sunt, ita ad Illustritatem Vestram perscribenda esse duximus, idque pro fide nostra S. Regiae Maiestati debita, cui ut Illustritas Vestra haec ipsa, siquidem scire illa refert, porro indicare ne gravetur, amanter fraterneque petimus. Factura Illustritas Vestra rem nobis gratam, S. Regiae Maiestati autem acceptam. Cupimus tandem Illustritatem Vestram rectissime valere. Datae.

Commissio Principis
Idem audivit

In folio separato: Duci in Olika, 25 Maii

¹⁾ *Ferdinandus I.*

N. 5240.

S.l., 25.V.1561.

Albertus dux in Prussia

*Matthiae Poley, secretario comitum a Górká,
litteras eius se accepisse et ex eis cognovisse de morte tabellarii sui et de sepultura
ei in loco sacro a sacerdotibus catholicis negata nuntiat («hören aber gerne,
das er ein selig ende genommen, und hoffen, das imē zu seliger auferste-
hung die begrebnus kein hinderung thun solle»); pro nuntio a Gulielmo a
Rosenberg allato gratias agit; rogat, ut sibi scribat, quantum pecuniae
impenderit in tabellarium ad baronem a Rosenberg mittendum; significat se
ab eodem Rosenberg nullum hactenus ad litteras suas responsum habuisse.
(Germanice)*

Cfr. El. XLV, NN. 161, 162.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5241.

S.l., 26.V.1561.

Albertus dux in Prussia

Petro Myszkowski, secretario regio,

*queritur de mandatorum regiorum vilipendio et commissariorum suorum
inani molestia, qui ad decidendas limitum controversias ratione bonorum
Schonwaldt et Schwertein ex parte regia et Paulsdorf et Timau ex parte
Ducatus sui subditorum missi, re infecta recedere coacti sunt, «propterea
quod regii subditi Stanislaus et Petrus Kostka aliique, cum quibus de
finibus his est, non comparuerunt, sed per quendam Russinski ad com-
missarios missum praetenderunt non legitime citatos se fuisse».*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5242.

S.l., 26.V.1561.

Albertus dux in Prussia

Stanislao a Górką, capitaneo Colensi,

*se in eum eodem propensionis et benevolentiae affectu feri, quo parentem olim
eius [Andream a Górką] prosequebatur; equum Phrisium, quem petivit,
libenter ei mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1807.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5243.

S.l., 27.V.1561.

Albertus dux in Prussia

Eustachio Wołłowicz, M.D.L. curiae marscalco,

*tanta gratiarum actione pro gratulatione sua propter servitoris sui, consanguini-
nei vero eius [Friderici Cizemski] a periculo submersionis evasionem opus
non fuisse scribit; rogat, ut nova scitu digna sibi perscribat, «praecipue
autem, quem exitum res profugi Ducis Wisniewietzki ... habere intelle-
xerit».*

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1808.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5244.

S.l., 27.V.1561.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,

*pro diligentia in negotio suo praefecturae Roggenhausen (Rogoźno) sibi a rege
oppignorandae exhibita gratias agit; de vinis reginae traditis gaudet;
rogat, ut — cum propter irregularitates quasdam in Cancellaria commissas
Comitia terrarum Prussiae statuto die celebrari non possint — regem hor-
tetur, ut novas inductionis litteras ad status et civitates terrarum Prussiae
edat et Comitia circa festum Iacobi [25.VII.] indicat.*

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Gabriel Therla, den 27 May 61 etc.

Wir haben eur schreiben, den 18 dises monats May datirt, bekommen, dasselbe verlesen und anfenglich daraus verstanden, wess ir abermals eurs angewandten vleises halben in dem handel, das ampt Rogenhausen betreffendt, schreibt und euch auch hinfurter, seintemal solchs noch nicht vorgeben, denselben anzuwenden erbiethen. Fur solchs seindt wir gegen euch in besondern gnaden danckbar. Wollen dasselbe und alles andere, das uns von euch zu guthem und wolgefelligem willen beschicht, in gnaden zu erkennen nicht nachlassen.

Also ist uns zu besonderm angenehmef gefallen geschehen, das der ko.mt., der konigin¹⁾, durch euch die uberschickten weine geantwortet, und wunschen von Gott dem allmechtigen, das dieselben irer ko.mt. wol schmecken und noch vil besser gedeien mögen. Und were euer hohen dancksagung fur die eine ohme, die wir euch geschickt, nicht nötig, dann warinnen wir euch gnedigen willen erzeigen können, darinnen sollet ir uns aller gnaden erspuren. Der mitgetheilten zeitung halben thun wir uns gleichermassen als des andern gnedigst bedancken, also auch das ir euch unserm furman das gleith zuwegzubringen erbietet, mit angeheftem gnedigen begern, ir wollet uns, wess ferner des kriegs halben und sonstn furlallen wirt, verstendigen, auch euch nachmals des gleiths halben unserm armen diener, dem furman, zum besten bemuhen und uns uberschicken.

Hirneben zweifeln wir nicht, ir habt euch zu erinnern, wess wir uff besonder vertrauen hiebenvorn an euch geschriben und unserer treu und pflicht nach durch euch der ko.mt. haben vermelden mussen. Nun vermerken wir und werden bericht, als sollen die dinge nicht dergestalt, dardurch irer mt. frucht ervolgen mugen, vortgesetzt sein worden, dann vielleicht durch die cantzley ein versehen geschehen und die hern preussischen stende, als die hern woywoden und alle andere sampt den stenden, nach alder gewohnheit und brauch zu der tagfart nicht verschrieben, auch die schreiben gar zu kurtz fur der tagfart ankommen, noch auch etliche stende altem brauch nach mit gnugsamer vollmacht kommen. Daraus warlich irer mt. nicht kleiner schade und das entstehet, das sy des, so man dadurch zuwege zu bringen verhofft, nicht erlangt. So wir dann je irer ko.mt. gern zum besten gerathen sehen und als der treue lehenfurst an unserer underthenigen treu nicht gern etwas wolden erwinden lassen, als rathen wir nochmals uff unsere treu und pflicht und begeren ganz gnedigist, ir wollet irer ko.mt. solchs in geheim und zum schleunigsten vermelden, auch mit fleis dazue rathen helfen, das ire ko.mt. nochmals zum allerersten und forderlichsten einen tag in die lande Preussen ausschreibe und ungeverlich umb Jacob²⁾ solchen ansetze, die schreiben aber uffs fleissigste stellen lasse, auch in solchen den stenden die gefahr des Muscowitzters zum hochsten einbilden und derwegen hulf, steuer und rath suchen, wie dann demselben schreiben leicht nach gelegenheit vorstehender hendel gute und hoherwegliche mass kan gegeben werden, und mussen solche briefe an alle woywoden und diejenigen, dy über den adel bevelich haben, desgleichen an die stedte, sonderlich Dantzig, Thorn, Elbing und andere, geschriben werden, uff das sy die sachen sovil mehr mit den irigen bewegen und volgends ohne hinderdencken die iren mit gnugsamer vollmacht abfertigen mugen. Begern derhalben nochmals, ir als der, der ko.mt. ditzfals vil nutzlich dienen kan, wollet unbeschwert sein, solche der ko.mt. eigene notturft irer mt. mit fleis einzubilden und zu erinnern, das ire mt. sich selbst zuguth in den sachen nicht feyre. Und zweifeln nicht, ire mt. dise unsere treuhertzigkeit im besten, und das wir derselben gern gedienet sehen, vermerken werden.

Dann Gott weis und kennet unser hertz, sin und gemuth, das wess wir in
dinem fall sowol andern irer ko.mt. zum besten rathen, solchs treuer mei-
nung geschicht etc.

Letzlich versenden wir euch ein brieflein an die ko.mt., unsere gnedige
frau, des wollet ir irer ko.mt. von unsrerntwegen zun handen stellen. Das
seint wir etc.

B[althasar] Gans Secretarius

Principi sic placuit praeſente
Burggravio et Marschalco.

- 1) Catharina.
2) 25.VII.

N. 5245.

Lasdehnien, 2.VI.1561.

*Albertus dux in Prussia
Erhardo a Kunheim*

*litteras eius una cum responsoriis reginae et binis litteris, a syndico Revalensi
ad eum datis, se accepisse nuntiat; litteras manu propria ad reginam
scriptas mittit et litteras syndici Revalensis remittit; ab eodem syndico
requisitus, ut se in persona ad regem conferat et impetrare conetur, quo
afflictiae Livoniae auxilia ferantur et navigationis Narvicae occlusio abo-
leatur, respondet se iam prius et saepius, tam per litteras quam per legatos
suos, id a rege petivisse, nunc tamen non vocatum de hac re in persona
regem adire sibi non licere scribit.*

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Erhart von Kunheim, den 2 Junii 61 etc.

Wir haben dein schreiben, Konigspergk den 1 Junii ausgangen, neben
der uberschikten antwort ko.mt. zu Poln etc., unser gnedigen frauen etc.¹⁾
also auch zwey schreiben, so der sindicus von Revel an dich gethon, emp-
fangen, inhalts, den wir nach lenge zu widerholen unnötig geachtet, le-
sende eingehommen und welchermassen du die antwort durch deine handt
an hochgedachte ko.mt. gehn zu lassen bitten, aber dennoch in unser gne-
diges gefallen stellen und dir die schreiben des sindici widderumb zuzu-
schicken bitten thust, neben angehafter zeitung, welchergestalt sich die
Polen unter den litauischen heuptleuthen zu kriegen zum hochsten be-
schweren, daraus verstanden. Nun ist uns an solchem deinem schriftlichen
ersuchen zu gnedigem gefallen geschehen. Weil wir aber die antwort an
hochgedachte ko.mt. selbst geschrieben, als thun wir dir dieselbe, sowol
auch die zwey schreiben vom sindico von Revel an dich gethon hiemit
zusenden. Und wollen uns in gnaden versehen, du werdest nuhmer deine
hendel derorth verrichtet haben und dise unsere schriftliche antwort sel-
best an ko.mt., unsere gnedige frau, bringen, uns auch hofflich in deinem
hierauf- und zuruckzuge noch underwegens antreffen und ansprechen, da
wir dann mit dir fernere underredung pflegen wollen.

Aus den schreiben, so der sindicus von Revel an dich gethon, verstehn
wir, welchermassen ehr vleissig an dich begeret, bey uns underthenigst
anzuhalten, uns aus beweglichen ursachen und vorstehender gefahr eigner
person an ko.mt. zu Poln etc. zu begeben und sovil moglich durch unsere
intercession umb der guten und nun fast ein ebene lange zeit beschwerten

provintz Eyfflandt entsetzung anzuhalten, nichtweniger auch die sigilation auf die Narve sovil moglich abzuschaffen helfen.

Nun zweifeln wir nicht, du hast dich gutermassen zu berichten, wie und welchergestalt vor diser zeit nicht allein durch unsere vilfaltige und wolmeinende schrift der provintz Eyfflandt entsetzung, also auch der sigilation uff die Narve halben, sondern auch durch unsere gesanthe bey ko.mt. zu Poln etc., sowol den reichstenden und ansehestedten treue vorwarnungen geschehen und umb entsetzung der lande und abschaffung der sigilation ins vleissigste angehalten worden.

Solten wir uns nun bey hochgedachter ko.mt. zu solchen und dergleichen hendeln oder ratschlegen ungefördert dringen, hastu als der versten-dig, wie uns solchs geburen wolle, zu bedencken. Und obgleich wir von ko.mt. zu solchen hendeln erfördert wurden, konten und wusten wir doch in itzigen leuften nicht anders disfals zu rathen, denn was vor diser zeit durch unsere schrifte an hochgedachte ko.mt. wir gelangen, auch durch unsere gesandten, sowol auch durch deine person brengen lassen. So hastu auch zu bedencken, das do wir ungefördert disfals an hochgedachte ko.mt. verreisen und bey derselben ansuchung thun solten, wir villeicht mer ungünst und unheils dann etwas fruchtbars dardurch schaffen und ursachen möchten. So ists auch nach gelegenheit unsers alters mit uns, wie du selber weist, dermassen geschaffen, das wir uns mit dergleichen reisen verschonen müssen.

Derwegen unser gnediger bevelich, du wollest den sindicum bester bescheidenheit disfals uff vorgehende meinung, wie du dann solchs deiner geschicklichkeit nach wol zu thun wissen werdest, beantworten. Im fall du aber vermeinst, das etwas von uns ime zu antworten vonnöthen, hastu dich zu dem cum titulo unserm cantzler²⁾ zu begeben, ime seine schreiben zu zeigen und entlichen, wess zu antworten, mit ime zu schliessen und zuver-tigen lassen. Dass haben wir dir in antwort uff dein schreiben etc. Datum Lasdeinen.

Commissio Principis
Idem legit

D. Gerke

1) *Catharina.*

2) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5246.

S.l., 7.VI.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

*nuntiat se nunc sucino albo («von weissem bornstein») reginae Catharinae
mittendo omnino carere, statim tamen ad suum sucini magistrum
(``bornsteinmeister``) scripturum esse, ut eiusmodi sucinum sibi mittat;
aleam seu tabulam latrunculariam (``bretspil``) ab eo petitam se confici
iussisse scribit, ita ut nulla amplius ea de re admonitione opus sit; de
negotio Henrici a Dohna se nihil hactenus decrevisse respondet.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

Albertus dux in Prussia

Henrico burggravio a Dohna

itinieri suo Revaliam suscepto omnia fausta a Deo precatur («sonderlichen aber, das dyeselbe [reise] Gott dem allmechtigen zu lob und ehr, den armen bedruckten landen, auch disem vatterlande zu rettung und schutz, und der ko.mt. zu sonderm ruhm und ehren gereichen möge»); *pro novitatibus de expeditione bellica a rege in Livoniam suscepta sibi missis gratias agit; pro benevolentia a regina Catharina immerito sibi exhibita Deo se gratias agere significat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

litteras regis, 28.V. datas, de legatione ducum Pomeraniae et responso regio ad illam dato tractantes, sibi redditas esse nuntiat; veretur duces Pomeraniae se solo fideiussore in tam grandem pecuniae summam, regi ab ipsis mutuo dandam, vix contentos fore; suadet igitur, ut rex suae personae alios fideiussores, scil. consiliarios suos et civitates, etiam adiungat; formulam cautionis sibi facienda de pecunia regi mutuo data prius a se videndam esse affirmat.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrini Charissime.
 Redditae mihi sunt S. Regiae Vestrae Maiestatis literae, 28 Maii scriptae, ex quibus intellexi, quid cum Illustribus Dominis Pomeraniae Ducibus etc.¹⁾ de mutuo centum millium thalerorum S. Regia Vestra Maiestas egredit, quid Illustrates illarum facturos se receperint, quidque S. Regia Vestra Maiestas oratori ipsorum responderit, ac quid tandem fideiussoriae sensionis nomine a me postulet. Quod ad postremam hanc scripti partem attinet, equidem certo sibi persuadeat S. Regia Vestra Maiestas, me non tam pro debito fidei quam arctae coniunctionis vinculo eo in S. Regiam Vestram Maiestatem animi candore et integritate adhuc esse, qua erga illam per multorum annorum decursum, ut citra arrogantiam hoc dicam, fui semper. Neque in posterum etiam in ipsam usque mortis horam me quicquam remissurum ex iis, quae fidelitatis meae obsequia, cum necessitudinis iure coniuncta, requirunt, promptissimumque esse me ad praestanda omnia, quibus rationes meae qualescumque satisfacere aut sufficere possunt. Quia vero intelligo Illustribus Dominis Pomeraniae Ducibus a S. Regia Vestra Maiestate optionem esse datam, ut vel civitates aliquas, vel consiliarios S. Regiae Vestrae Maiestatis Prutenicos, vel me tandem pro fideiussore sibi statuant, subvereor Illustrates illarum me solo fideiussore in tam grandem pecuniae summam vix contentos fore, siquidem ipsis facultatum et rationum mearum tenuitas et angustia obscura non est, tum quod his temporibus aes in mutuum dantes sufficienter et large sibi caveri volunt. Agnosco equidem S. Regiae Vestrae Maiestati cum omnibus facul-

tatibus meis obsequia, prout fidum decet vasallum Principem, me quaevis debere, neque ab his alienum me Deo assistente esse. Clementer autem S. Regia Vestra Maiestas, uti Dominus, Rex et benefactor meus clementissimus, secum reputet, annon onus humeris meis impar neque ipsis Pomeraniae Ducibus sufficiens subiturus essem, si solum me fideiussorem summae predictae habere deberent.

Itaque consultius esse ducerem (salvo tamen S. Regiae Vestrae Maiestatis iudicio prudentiore), si S. Regia Vestra Maiestas meam personam cum consiliariis et civitatibus coniunctam atque ita omnes pro uno fideiussore Illustribus Dominis Ducibus proponeret. Ea res via esse accommodatissima videretur, ut in posterum, ubi necessitas exigeret, minus difficiles illi se S. Regiae Vestrae Maiestati in pari casu preeberent. Essetque ipsi S. Regiae Vestrae Maiestati hoc ipsum ex re et utile. Quam ob rem ad arbitrium S. Regiae Vestrae Maiestatis remitto, quid ipsa expedire duxerit et quid factum a me velit. Quo cognito talem me S. Regiae Vestrae Maiestati exhibeo, ut quantum extremae etiam rationes meae ferre potuerint, eum me esse experiatur, qui fui et quem fore me semper obsequentissimum submisse promisi.

Quod ad cautionem attinet, quam S. Regia Vestra Maiestas se mihi in bonis Lithuaniae vel Samogithicis facturam pollicetur, de ea dubium mihi nullum est, facile enim hoc est factu S. Regiae Vestrae Maiestati. Illud tamen indicandum esse S. Regiae Vestrae Maiestati duxi, eum nunc morem observari inter mutuantem et mutuatarium, ut ab eo, qui in mutuum dare vult, formula prius cautionis illi facienda videnda petatur. Sunt enim in usu nunc adeo durae gravesque obligationes, ut si illae quoque S. Regiae Vestrae Maiestati simili modo praescriptae fuerint, non tantum accipere eas S. Regiae Vestrae Maiestati, tanquam debitori principali, inconsultum [esset], multo minus fideiussoribus tolerabiles futurae essent. Idcirco operae pretium factura esse S. Regia Vestra Maiestas videretur, si formulam cautionis a Dominis Pomeraniae Ducibus sibi praemitti postularet, ut lecta ea S. Regia Vestra Maiestas, quid sibi faciendum esset, fideiussores quoque quibus rationibus et modis obstricti esse deberent, praescirent. Dignabitur itaque S. Regia Vestra Maiestas haec prius omnia examinare. Quod mearum erit partium, dabo operam, ut S. Regia Vestra Maiestas pro tenuitate mea voluntatem meam aliis promptitudine non inferiorem esse intelligat. Atque haec S. Regiae Vestrae Maiestati rescribenda esse duxi. Quam et recte et feliciter valere rerumque omnium felicibus successibus affluentem esse exopto. Datae.

Translatum ex Germanico
Cancellarius²⁾ audivit

1) *Barnimus IX eiusque nepots.*

2) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5249.

Tilsae, 10.VI.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
se etiam magno desiderio cum eo conveniendi teneri nuntiat; significat se regi
consilium dedisse, ut in negotio mutuandae sibi a ducibus Pomeraniae
pecuniae formulam cautionis sibi prius mitti postularet; de statu rerum*

Livonicarum dolet; mortem castellani Cracoviensis sibi acerbam esse scribit; de concionatore Germanico absente cancellario suo se nihil respondere posse nuntiat.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Officia nostra amica ac fraterna et quidquid grati praestare possumus.
Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Binas ab Illustritate Vestra diversis temporibus scriptas accepimus literas. Quod in prioribus ad mutuum nostrum congressum attinet, in eo nos Illustritas Vestra non minore ac illam coveniendi desyderio teneri credat. Optamus itaque, ut per rationes Illustritatis Vestrae oportunas voti compotes reddamur. Libenter enim ea in re voluntati Illustritatis Vestrae nos accommodabimus. Quaeque voluit Illustritas Vestra ad Magnificum Palatinum Marienburgensem¹⁾, perscripsimus. Amanter autem et fraterne Illustritatem Vestram rogatam habemus, ut nos de die conventus aliquanto temporiis certiores reddat, idque propter accersendum ad nos Dominum Palatinum Marienburgensem.

Quod ad alteras Illustritatis Vestrae literas attinet, in eo pro consilio illius nobis communicato gratias agimus dabimusque operam, ut pro posse nostro et rationum nostrarum tenuitate obsequia S. Regiae Maiestati nostra contestemur, quemadmodum sententiam nostram Illustritas Vestra ex literis ad Regiam Maiestatem scriptis plenius intellectura est. Illud vero celandam esse Illustritatem Vestram non putavimus, graves nunc et duras obligationes in cautionibus praesciri. Itaque suasimus, ut S. Regia Maiestas, antequam certi aliquid constituat, prius sibi ab Illustribus Pomeraniae Ducibus²⁾ formulam cautionis, qua sibi caveri vellent, mitti postularet, ut ipsa cum fideiussoribus suis, qui nominarentur, quid tolerabile quidve minus examinare posset.

Quod ad statum rerum Livonicarum prolixo nobis ab Illustritate Vestra in utrisque literis expositum pertinet, dolenter sane ea percepimus, quae de Revalia motibusque Pernaviae rebusque aliis scribit. Cuperemus ordines et populum eius provinciae confidentioribus animis erga S. Regiam Maiestatem fuisse et esse, praecipue cum S. Regia Maiestas tanta cura et diligentia eam provinciam defendendam suscepit. Ita enim in primis suae saluti rectissime consulerent, S. Regiam Maiestatem autem multis molestiis, curis et laboribus levarent. Tametsi rumor hic percrebuit gravissimas esse in Livonia querelas propter diurnas eliberationis et defensionis cunctationes, plebemque, ut est populus multorum capitum, cum in limine statim non videat promissum auxilium, varia suspicari, tum quod passim constanti fama hoc perfertur praesidia regia inferendis illi provinciae damnis nocendoque ipso ex professo hostile non inferiora esse. Quae ut a conspectu nostro remota sunt, ita quomodo se habeant, nescimus. Speramus autem Dei beneficio omnia haec, et de quibus Illustritas Vestra scribit, facile in meliorem statum redditura esse, si defensio in longius tempus non extracta, aut S. Regia Maiestas (quod absit) ab hoste praeventa non fuerit. Ut enim tarditas auxiliorum animos defensionem in dies sipientium elan-gues reddit inque diversa studia abripit, ita opportuna acceleratio erigit, confirmat et cordatos facit.

Mors charissimi coniunctissimique amici nostri, Domini Castellani Cracoviensis³⁾, ita nobis acerba est, ac si germanus nobis frater e vivis excessisset. Sed cum hic nobis omnibus naturae praestitutus sit terminus, aequius quae mutari nequeunt ferenda sunt. Quia vero inclytum Poloniae Regnum senatorem non modo gravem, verum et salutarem amisit, preca-

mur, ut Dominus Deus in locum illius complures ei similes excitet, qui Republicae optime consultum cupiant ac turbulentis hisce temporibus tranquillitati et saluti incliti Regni inserviant.

De Germanico illic concionatore nihil respondere possumus. Abest enim a nobis nunc Cancellarius noster⁴⁾. Qui ubi ad nos redierit simulque, quid rei sit, docuerit, nihil eorum praetermissuri sumus, quae ad provehendam iusto modo ac via veritatis evangelicae doctrinam spectare videbuntur. Atque haec Illustritati Vestrae rescribenda esse duximus. Quam diu sospitem et incolumem esse exoptamus. Datae^{a)} Iunii, anno Domini MDLXI^b.

Albertus Senior, Dei gratia Marchio Brandenburgensis ac in Prussia, Stetiniae, Pomeraniae, Cassubarum ac Sclavorum Dux, Burgrabi^{c)}us Norembergensis Rugiaeque Princeps etc.

Cancellarius audivit

In folio separato: Illustri Principi, Amico et Fratri singulariter nobis dilecto, Domino Nicolao Radziwil, Duci in Olyka et Nieszwiesz, Palatino Vilnensi, Magni Ducatus Lituaniae Supremo Marschalco et Archicancellario, Brzestensi, Cawnensi, Boriszoviensi Schawlensique et Generali Capitaneo etc.

Alia manu: Palatino Vilnensi, 10 Iunii Tylzae. Regestratum. Collationatum.

a) sequitur spatium album.

1) Achatius Czema.

3) Ioannes Tarnowski.

2) Barnimus IX eiusque nepotes.

4) Ioannes a Kreitzen.

N. 5250.

Tilsae, 14.VI.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
nuntiat se Erhardo a Kunheim mandasse, ut suo et Ioannis Alberti ducis
Megapolensis nomine eum salutet quaedamque ei referat, et rogat, ut ipsi
in omnibus fidem habeat et in negotiis suis expediendis adesse velit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5251.

Tilsae, 15.VI.1561.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
binas litteras eius, 28.V. et 7.VI. Vilnae datas, de adventu servitoris eius Bernardi Pohibel et sui armorum magistri Henrici Foller nuntiantes, se accepisse significat; cupere se nuntiat, ut eum rex a certaminibus aulicis liberare velit («ir habt aber des alten sprichworts zu trosten, wie gesagt wirt: mann solle keinem hern keinen zug versagen, den er gehet sobaldt hinder sich als fur sich etc.»); ad desiderium eius secum conveniendi respondet se nunc male habere («das wir alhie liegen, an einem schenckel etwas krencklich sein») et in dies mandatum regium, quid sibi faciendum sit, exspectare.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5252.

S.l., 15.VI.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

*promissum reginae Catharinae sucinum album, quod prius mittere non potuit
(cfr. N. 5246), ad manus eius mittit et rogat, ut id reginae nomine suo tra-
dendum curet.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46

N. 5253.

Tilsae, 19.VI.1561.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Ilgowski, vicecapitaneo Samogitia, litteris eius, quibus de non administrata a praefecto suo Tilsensi iustitia con-
queritur, responderet se causam hanc consiliariis suis dijudicandam propo-
suisse; Laurentium tamen Griczajtis immerito a fratre suo accusatum
esse scribit.*

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1789.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5254.

S.l., 21.VI.1561.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Konarski

*de falso rumore ab eo sparso, quasi ipse de sermonibus quibusdam apud Hen-
ricum ducem Brunsvicensem conquestus esset, eum reprehendit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5255.

Tilsae, 24.VI.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*Erhardum a Kunheim nomine suo et Ioannis Alberti ducis Megapolensis cum
quibusdam mandatis ad regem mittit et petit, ut ei fidem habeat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5256.

Tilsae, 25.VI.1561.

Albertus dux in Prussia

*Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
iterum de pecunia sibi mutuo danda.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5257.

Tilsae, 1.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
de cautione hypothecaria pro pecunia sibi mutuo danda.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5258.

Tilsae, 3.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
de suo cum ipso et palatino Marienburgensi mutuo congressu instituendo.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Scripsit ad nos Illustritas Vestra velle se maximis itineribus certiores nos reddere de tempore mutui conventus, simulque petiit, Magnificum Dominum Palatinum Marienburgensem¹⁾ submoneremus, ut is quoque se in loco aliquo Regiomonti proximo contineret vocatusque eo citius accurriere ad nos posset. Nos ut voluntati Illustritatis Vestrae libenter acquiescimus, ita ea, quae voluit ad Dominum Palatinum praedictum perscripsimus. Ut autem in loco proximiore responsum Illustritatis Vestrae temporius acciperemus, Tilsam usque concessimus, ibique diebus ante festum Ioannis aliquot literas Illustritatis Vestrae praestolati sumus. Magnificus quoque Dominus Palatinus Marienburgensis Regiomontem usque accessit. Etsi autem ardua quaedam et nostra et subditorum nostrorum negotia hinc nos revocant redditumque in aulam nostram consuetam efflagitant, ipse quoque Dominus Palatinus rei suae domesticae incommoda et iacturam, si longior congressus nostro interiecta fuerit mora, enumerat, tum quod interesse eum oportebit in conventu terrarum Prussiae, a S. Regia Maiestate ad festum divi Iacobi proximum²⁾ indictio, tamen uterque libenter res nostras Illustritatis Vestrae voluntati postponimus. Ut autem interea negotiis nostris expediendis certum assignare diem possimus, ipse quoque Dominus Palatinus a conventu terrarum Prussiae ne absit, amanter et fraterne Illustritatem Vestram rogatam habemus, ut sententiam suam ad nos perscribat, quonam tempore convenire nobiscum constituerit. Quo cognito adventum huc Illustritatis Vestrae iucundissimum, vocato ad nos quoque Domino Palatino Marienburgensi, amanter fraterneque expectabimus. Hanc autem importunam nostram scriptionem ut ne Illustritas Vestra aegrius ferat, peramanter petimus. Ea enim potissimum de causa factum hoc a nobis est, ut ne esset de conventu terrarum Prussiae nescia, a quo Domino Palatino Marienburgensi, uti Illustritas Vestra facile iudicare potest, abesse minime licet. Quod superest, Illustritatem Vestram rec-tissime valere exoptamus. Datae Tilsae 3 Iulii.

In folio separato: Duci in Olica, 2 Iulii Tilsae. Registratum. Collationatum.

1) Achatius Czema.

2) 25.VII.

N. 5259.

Tilsae, 4.VII.1561.

Albertus dux in Prussia
Procopio Sieniawski, dapifero Leopoliensi,
pelles bisontium, de quarum missione in litteris per Marcellum Konarski mis-
sis ei scripsit, cum tam cito confici non potuerint, se ei opportuno tem-
pore missurum pollicetur.
(Germanice)
Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5260.

Tilsae, 5.VII.1561.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Christophoro Tarnowski, castellano Wojnicensi,
ob mortem patris [Ioannis, castellani Cracoviensis, exercituum R.P. capitanei]
eum consolatur; ad cohonestandum funus, cum ipse in persona propter
affectam valetudinem et aetatem proiectam ei interesse non possit, lega-
tum suum se esse missurum nuntiat.
(Latine)
Cfr. El. XLI, NN. 1812, 1821.
Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5261.

E Regio Monte, 7.VII.1561.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Boner (Bonar), castellano Biecensi,
pro Ruperto Gockel, ophthalmico suo, intercedit, ut res quasdam famuli sui
cum supellectili Cracoviae relictas, apud eum depositas, recuperare queat.
(Latine)
Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5262.

Tilsae, 7.VII.1561.

Albertus dux in Prussia
Achatio Czema iuniori
hortatur eum, ut patris [Achatii senioris, palatini Marienburgensis] adhorta-
tioni pareat et crebrius scribat novitatesque communicet.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5263.

Tilsae, 8.VII.1561.

Albertus dux in Prussia
Erhardo a Kunheim
eum, a Iacobo Meck, capituli Rigensis decano, ad eiusdem capituli praeposi-
turam postulatum, dehortatur, ne eiusmodi officium accipiat, et huius
consilii sui rationes scribit.

Wir haben dein schreiben, darinnen du uns, wess gestalt dich nuhmer nach todlichem abgang des thumbpropstes seligen zu Riga der cum tittulo Jacob Mecke, thumbdechant, nomine capituli zu der prepositur postulirt, wess gestalt du darauf unser gnediges ratliches bedencken und wess deme mer anhengig in underthenigkeit bitten thust, gnedigst angemerkt und verstanden. Wiewol wir nun dir disfals wie in andern jhe gern auf dein underthenigs bitten das beste rathen wolten, so fellet uns doch aus allerley wichtigen ursachen, sonderlich itziger gelegenheit nach, dir darinnen zu rathen gantz schwer. Und das wir dir als unserm underthon und diener unser bedenken vertraulichen vermelden, will unsers erachtens anfengklich vor allen dingen dahin gesehen sein, ob du auch solche propstey mit gutem gewissen annemen kanst oder nicht, dann das diser standt, wie er itzundt ist, Gott nicht gefellig oder angenehme sey, hastu unsers erachtens bey dir selbst zu schliessen. Und obwol dagegen furgewendet werden mochte, das einer reformation (darzu dann die hern des capitels geneigt) zu hoffen, so ist doch dieselbe noch zur zeit nicht ins werck gerichtet, auch wann solchs geschehen mochte, etwas zweifelhaftig etc. Zum andern konten wir bey uns auch nicht finden, mit wassem fug du dich itziger zeit aus der ko.mt., unser gnedigen frauen etc.¹⁾, dinst entbrechen moechtest. Vil weniger wusten wir dir auch dasselbig aus allerley bedenken, die uns im wege stehn, zu rathen etc.

Zum dritten ist nicht weniger die itzt schwebende zwist und uneinigkeit, so sich der probstey halben zwuschen unserm brudern etc.²⁾, s.l. coadiutorn etc.³⁾ und dem dechant erhelt, und das unser bruder sampt desselbigen coadiutorn solche probstey selbst vor sich ein zeitlang in diser irer itzigen noth und unvermögen zu versehen und zu gebrauchen begert, zu betrachten.

Nun setzen wir, was unser geliebter bruder darinnen zurecht befugt oder nicht, dissmals an seinen orth. Wess sich aber der billigkeit und itziger gelegenheit nach wol geburete, ist unsers erachtens leicht zu urtheilen. So ist dir selbst unsers brudern itzige beschwerunge und noth zu guter massen wol bewust, ob dir nun also erwenter umbstende nach dich disfals noch zur zeit in etwas einzulassen und dadurch wider unsren brudern (wie dann geschehen wurde) etwas zu handlen gezimen wolte. Solchs hastu ohne unser erinnern bey dir selbst als der verstandige leicht zu erwegen.

Und konten dir demnach fur unser person anderst nicht rathen, dann das du dich in disem handel wol fursehen, damit nicht eilen und doch mitlerweile auch nichts abschlagen thetest, dann do je ein probst sein sollte, du mit gutem gewissen solche probstey annemen kondest und die sachen zwuschen unserm brudern und dem dechant vertragen wurden, mochten wir dir solche vor allen andern in gnaden wol gonnem.

Wollen dir auch gnediger meinung nicht bergen, das wir in gar wenig tagen unserer rethe einen hinein zu unserm brudern und dem dechant abzufertigen und zwuschen irer l. und s.w. freuntliche, bruderliche, auch gnedige underhandlung pflegen zu lassen entlich entschlossen, nicht zweifelnde, der Allmechtige werde seine gnade verleihen, das die sachen auf cristiche billiche mittel und wege mugen gerichtet und also hingelegt und vertragen werden. Worauf wir dir alsdann auch ferner unsren gnedigen rath und wolmeinung unverzuglichen wollen mitteilen und uns zu dir anderst nicht versehen, dann das du derselbigen volgen, solche handlung dir auch werdest gefallen lassen und dich als der getreue underthon und

diener in deme, wie allem andern, uns und unserm brudern bequemen. Dann was seiner l. geschicht, das geschicht uns selbst auch. Und hettest mitlerzeit unsers erachtens doch auf dein selbst erbessern, dem dechant nach geburlicher dancksagung seines gonstigen willens, extenuation deiner person und dergleichen musterworten, wie breuchlich, inhalts unsers schreibens also zu beantworten, das du noch zur zeit dich etwas einzulassen billich bedencken, dann entlichen wolte dir in allewege darnach zuforderst zu sehen sein, wie gleichwol auch deine gewissen darinnen mochten verwahret werden. Dann obwol, wie oben gemelt, einer reformation zu hoffen, so were doch noch zur zeit nicht so gar gewiss, wann dieselbige mochte furgenohmen. Zum andern wolte dir auch vor allen dingen geburen darauf zu trachten, wie du mit fugen deines dinstes mochtest ledig werden. Und zum dritten stunde dir dann auch dise itzige zwist, so sich zwuschen dem hern ertzbischoffe und dem dechant erreget, im wege, dann dir als unserm underthonen und diener wolte sonderlichen geburen, sich in deme wol forzusehen, damit du nicht wider den hern erzbischoff oder uns im wenigsten handeln moechtest. Woltest aber solche postulation hiemit nicht ausgeschlagen, sondern alleine damit du dir der sachen wichtigkeit nach dich zu bedencken und deme, wess dir hirinne nötig, zu betrachten frist genommen haben, alsdann woltest dich ferner mit unverweislicher antwort gegen sei ner erwidern vernehmen lassen und betest, s.erw. wolten solchs verzugs kein beschwer tragen. Und seint dir, dem wir solchs etc. Datum Tilss.

F[riedrich] Kanicz

1) *Catharina.*

2) *Gulielmus.*

3) *Christophorus dux Megapolensis.*

N. 5264.

Tilsae, 8.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

nuntiat pauca aliquot arma a se palatino Moldaviae [Alexandro] missa («als nemlich 2 harnisch, 30 sturmhauben, 100 hacken und 30 panzer»), a Petro Barzi, capitaneo Leopoliensi, et Adamo Siemuszowski, subcapitaneo, Leopoli retenta et deinde a palatino Russiae, Nicolao Sieniawski, liberata esse ea condicione, ne sine mandatis regiis id permittentibus in Moldaviam exportarentur; rogit igitur, ut litteras liberi transitus et mandata pro Marcello Konarski, eiusmodi arma in Moldaviam portante, a rege impetret.

(Germanice)

Ostrpr. Fol., vol. 46.

N. 5265.

Tilsae, 11.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Łaski, capitaneo Crasnostaviensi,

«tam accurata gratiarum actione» pro missione servitoris sui cum munusculo nuptiali ad cohonestandas eius nuptias opus non fuisse arbitratur.

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1814.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5266.

Tilsae, 13.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Christophoro Sturm, cive Gedanensi, cuius frater Ambrosius a Georgio Sculteto, concive suo, atrociter interfectus est, intercedit et orat, ut ei iustitia administretur.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5267.

Tilsae, 13.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

pro Christophoro Sturm, cive Gedanensi, cuius frater Ambrosius a Georgio Sculteto occisus est.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5268.

Tilsae, 13.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

de contributione S. Romani Imperii et auxiliis Livoniae ferendis nihil novi praeter iam ante scriptum sibi communicatum esse significat; de diffidencia ea in re et defectione nonnullorum dolet; consilium regis de negotio Livonico se omnino approbare scribit; suadet, ut rex animum regum Daniae et Suetiae hac in re etiam exploret; de mutuo eorum conventu nunc impedito dolet, sed sperat tempore magis opportuno desiderio ipsorum satisfactum iri.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Binas ab Illustritate Vestra literas, alteras 10, alteras vero 19 Iunii Vilnae scriptas, ad nonum tandem huius mensis per quendam Ducatus nostri parrochum nobis missas accepimus. Quod ad priores de contributione S. Romani Imperii deque ferendis Livoniae auxiliis attinet, eam rem ita, ut ad nos perferebatur, Illustritati Vestrae communicandam esse ducebamus.

Neque ex eo tempore de suppetiis illis aliquid praeterea nobis communicatum est. Percuperemus autem, non minore animi desiderio ac S. Regia Maiestas, saluti et incolumnitati afflictae illius provinciae, undecunque et per quoscunque hoc fieri posset, opportune celeriterque consultum subvenustumque, praesertim cum eius terrae salus cum S. Regiae Maiestatis Regni terrarumque incolumnitate coniuncta sit. Quod vero de diffidentia animorum in ea ac defectione quorundam iam facta eorumque exemplo ab aliis quoque metuenda Illustritas Vestra scribit, sane id ipsum, uti debuimus, dolenter percepimus, idque potissimum vel eo nomine, quod S. Regiam Maiestatem fideliter eius provinciae causa cum Illustritate Vestra aliisque laborare curaeque sibi plus quam paternae eam habere scimus. Qua tamen in re aliud optandum esse non videmus, quam ut cessante ea diffidentia ac unanimitate inter omnes eius provinciae ordines constituta pios et salutares S. Regiae Maiestatis conatus Deus Optimus Maximus clementer provehat et benedicat.

Consilium autem S. Regiae Maiestatis ea in re, et quid sibi ad confirmanda apud Livones omnia sequendum Sua Maiestas existimat, ut nobis non improbatur, ita rationem ad hoc aptiorem, quam qua S. Regiam Maiestatem usuram esse Illustritas Vestra scribit, pro ingenii nostri tenuitate non invenimus. In eo enim, quod S. Regia Maiestas, volente et consentiente Magnifico Domino Ordinis Magistro¹⁾, civitates et castra tantisper sui iuris facere constituit, donec vel foederibus vel bello calamitas haec praesens Livoniae expiret, atque eos eidem Domino Magistro cum praefecturis reditus et proventus interea assignare parata est, unde et honeste et pro dignitate status sui vivere possit, rectissime se culpa occupatae eius provinciae liberaverit, neque ullius violentiae accusari poterit, quemadmodum de his omnibus prolixe ad Illustritatis Vestrae secretarii, Domini Maczinsky²⁾, legationem et postea etiam scripto nostro peculiari mentem sententiamque nostram ad Illustritatem Vestram luculenter declaravimus. In qua nunc quoque, siquidem aptiora et opportuna magis nobis non occurunt, acquiescimus.

Ceterum cum de Daniae et Suetiae Rege³⁾ eadem quoque ad nos perferantur, quorum Illustritas Vestra suis in literis mentionem facit, pernecessariam S. Regia Maiestas rem factura videretur, si vel literis vel legatione utriusque Regis animum exploraret. Quod vel hinc argumento sumpto non incommode fieri posset, si S. Regia Maiestas Serenitatibus illarum exponeret, quo pacto quibusque conditionibus a S. Romano Imperio adducta defendendam Livonię suscepisset. Qua in re cum S. Regia Maiestas Sua non dilatationem Regni terrarumque suarum quaereret, sed calamitatis eius provinciae misera, partim rogata, partim quoque iure protectorio, contra hostem immanissimum vicinos et christianos populos defensos cuperet, sperare S. Regiam Maiestatem Suam Serenitates illarum non modo ea in re conatus S. Regiae Maiestatis Suae minime impedituras, sed eodem quoque proposito, si quas in eam provinciam (uti rumor esset) missuri essent copias, esse futuras etc. Quod eam ob causam consulimus, ut S. Regia Maiestas mentem illorum, qualicunque etiam responso accepto, aliquomodo expiscetur atque id inde consilii capiat, quo pacto suarum partium utrumque Regem facere posset. Quod uti ex re S. Regiae Maiestatis foret, ita non sine periculo et magno malo esset, si postea praeter opinionem adversantes sibi eos experiri deberet. Verum haec, ut alia omnia, prudentiae S. Regiae Maiestatis et Illustritatis quoque Vestrae iudicio excellenti, quid magis expediatur, examinanda relinquimus.

Quod alteris in literis Illustritas Vestra scribit, quid obstet, quominus nobiscum hoc tempore convenire possit, in eo etsi dolemus utrisque nobis commoditatem hanc eripi, ita optamus, ut quod nunc confieri non potuit, Deo disponente tempore alio magis aptiore sarcitur et desiderio nostro satisfiat. Precamur autem Illustritati Vestrae profectionem hanc in Livonię et in columem et felicissimam, utque ea non tam cum S. Regiae Maiestatis dignitate et Reipublicae salute, quam Illustritatis quoque Vestrae nominis amplitudine sit coniuncta, felicemque inde ad suos redditum Illustritati Vestrae toto pectore orationibus ad Deum nostris flagitare non cessabimus. Atque haec Illustritati Vestrae rescribenda esse ducebamus, quam diu felicem et prosperis rerum successibus perfrui percupimus. Datum.

In folio separato: Duci in Olika, 13 Iulii, datum Tils.

- 1) *Gottardus Kettler.*
- 2) *Ioannes Mączyński, lexicographus.*
- 3) *Fridericus II et Ericus XIV.*

N. 5269.

S.l., 13.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

rege 40000 talerorum a se mutuo petente pro oppignoratione castri Jurborgensis (Georgenburgensis), nuntiat paratum se esse summam 30000 talerorum regi statim in mutuum dare; rogat, ut condiciones suas regi referat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5270.

Tilsae, 14.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Ostroróg, castellano Międzyrzecensi,

gratum sibi esse scribit eum «de vestibus Aaronicis et imaginibus» idem secum sentire; pro communicato sibi regis «de expeditione Polonica» consilio gratias agit; quae de Bernardo Pretwicz sibi scripserit, admiratione digna esse putat.

Cfr. El. XLI, NN. 1809, 1810.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Albertus etc.

Magnifice ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Famulus Generosi servitoris nostri Marcelli Conarski reddidit nobis binas Magnificentiae Vestrae literas. Quod ad priores attinet, gratum nobis est idem Magnificentiam Vestram de vestibus Aaronicis et imaginibus nobiscum sentire. Agimus quoque Magnificentiae Vestrae gratias, quod nobis consilium S. Regiae Maiestatis de expeditione Polonica communicat. Deus felix hoc et faustum esse velit. Petitionis Magnificentiae Vestrae ut nunquam immemores sumus, ita ratio illius apud nos non evanescet. Quod vero Magnificentia Vestra plurima ad relationem praedicti servitoris nostri

reicit, eorum grata nobis erit cognitio, ubi is servitor noster ad nos redierit. Et quia periculi propter famam de Despota vulgatam, servitori nostro impendentis, meminit, scripsimus ad S. Regiam Maiestatem, ut literas securitatis pro eodem nobis mittat. Quod obtenturos esse nos speramus.

Quae in alteris Magnificentiae Vestrae literis de Bernhardo Pretwitzio habentur¹⁾, admiratione digna sunt. Precamur autem Deum, ut viro egregio vita divinitus ita redditia sit longaeva. Atque haec Magnificentiae Vestrae brevibus ac properanter quidem respondenda esse ducebamus. Quam feliciter valere percupimus. Datae Tilsae, 14 Iulii anno 61.

In folio separato: Stanislao Comiti ab Ostrorok.

1) *scil. de falsa morte eiusdem Pretwicz* (cfr. El. XLI, N. 1809)

N. 5271.

Tilsae, 15.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Christophoro Tarnowski, castellano Wojnicensi,
Venceslaum Schack de Stangenberg, consiliarium suum, mittit, ut nomine suo
eum salutet et quaedam ei referat; rogat, ut eum audiat et dicenti fidem
adhibeat.*

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1821.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5272.

Tilsae, 16.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
tota Livonia et ipsa civitate Riga praesentissimo ex parte Moscorum periculo
exposita, regem hortatur, ut promissa afflictae provinciae auxilia matureret.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Quam tristis et afflictissimus sit Livoniae status propter novam Moschi expeditionem, scire S. Regiam Vestram Maiestatem arbitror. Quia vero salus et redemptio eius provinciae in unica post Deum S. Regia Vestra Maiestate consistere videtur, Reverendissimus autem frater meus¹⁾ cum suo Coadiutore²⁾ praesentissimo propter hostem accelerantem et obvia quaeque depopulantem periculo expositus sit, verendumque, ne si numerosior exercitus cum machinis bellicis copias praemissas, Rigam, ut ad me perlatum est, recta contendentes, subsequatur et ad ditionem (quod Deus avertat) civitatem eam cogat, ipsi Principes cum tota ea provincia succumbant, facere non potui, quin S. Regiam Vestram Maiestatem officiosissime rogatam haberem, ut et Principum necessariorum et vicinorum populorum vicem miserta, ac suarum quoque terrarum cura non postposita, clementer promissa tandem auxilia matureret. Quae si antea unquam, sane iam iam celeritate opus habent. Dignabitur itaque S. Regia Vestra Maiestas Illustri et Magnifico Domino Palatino Trocensi³⁾ etc. mandare, ut

totam, quam secum habet, manum ad intercipiendas eas copias, quae Rigam contendere dicuntur, traducat atque ita reliquo exercitui, ut subsistere cogatur, terrorem incutiat. Quod illi cum militibus, viribus integris et proelio non attritis, facile atque ex loco proximiore compendiosius factum erit. Ita tamen, ut confestim subsidiariae aliquot cohortes illi submittantur, ne si viribus hosti impar esset, dubiam experiri aleam cogeretur. Quia in re ut S. Regia Vestra Maiestas prudentia et providentia meum captum longe superat, ita me etiam non submonitore pro temporis et locorum qualitate omnia necessaria procuraturam ac quaevis imminentia vigilancia sua aversuram esse illam minime dubito.

Quod eo maturius expeditiusque facturam esse S. Regiam Vestram Maiestatem plane confido, cum nescia non sit salutem Livoniae cum Magni Lithuaniae Ducatus et aliarum terrarum salute hoc tempore communem et coniunctam quasi esse. Qua in re et sibi ipsi suisque S. Regia Vestra Maiestas rectissime consulat, christianos autem populos cum immortali nominis sui celebritate, ipso etiam Deo remuneratore accedente, ab internecione hostis immanissimi liberabit, afflictissimos etiam eius provinciae consanguineos Principes cum tota eorum familia sibi perpetua gratitudine devincent. Mihi vero S. Regia Vestra Maiestas rem factura quovis obsequii genere demerendam. Quod reliquum est, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae etc.

In folio separato: Regi Poloniae etc., 16 Iulii 61.

Alia manu: Copien von der reise. Registrirt.

1) *Gulielmus, archiepiscopus Rigensis.*

2) *Christophorus dux Megapolensis.*

3) *Nicolaus Radziwill «Rufus».*

N. 5273.

Ragnetae, 24.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

Achatio Brandt, commissario in negotio regundorum finium inter duas Prusiae partes nominato, graviter aegroto, alio autem nomine Warzymowski iam defuncto et Sokolowski in eius locum surrogato, remittit commissiones et mandata regia hac in re a Petro Myszkowski, Cancellariae praefecto, sibi missa, et rogat, ut novas commissiones, mutatas et emendatas, ab eodem Myszkowski impetrandas curet.

(2 schedulæ: 1. de eadem re; 2. mittit responsum suum ad litteras palatini Vilnensis, nunc Vilna absentis, et rogat, ut quidam in aula regia in locum palatini litteras suas resignet et earum contenta regi communicet («sodann solchs gleichwol handlungen sein, daran der ko.mt. nicht wenig gelegen»).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5274.

Ragnetae, 25.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

nobilem Franciscum Zechlau, subditum regium, aulicum vero archiepiscopi Magdeburgensis [Sigismundi marchionis Brandenburgensis], expeditioni bellicae a rege in Livoniam suscipienda interesse cupientem, commendat et rogit, ut eum rex inter equites suos recipiat, «ne iter tam longum et non sine rerum suarum iactura... suspectum» vanum sit.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5275.

S.l., 26.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Petro Myszkowski, secretario regio,
petit novam commissionem regiam (iuxta exemplum, quod mittit, descriptam)
sibi mitti, cuius vigore etiam palatinus Culmensis [Ioannes Działyński],
qui id hactenus recusavit, conventui utriusque partis commissariorum
regendis finibus instituto interesse cogatur.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5276.

Tilsae, 27.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
de mutuo ipsorum congressu per negotia Livonica impedito dolet; ei iam pro-
fectioni accincto omnia fausta et secunda optat precaturque, ut rebus ex
sententia regis et Reipublicae commodo confectis incolumis ad suos rever-
tatur; de vacillantibus Rigensium consilii et Revaliensium ac Suecorum
actionibus indignatur; arbitratur tamen rem potius amicis tractatibus
quam hostili actione adoriendam esse.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Non minus equidem ac Illustritas Vestra dolemus, quod congressus noster desideratissimus per negotia Livonica nobis praereptus est. In quo ut utrisque nobis tempori inserviendum est, ita optamus in posterum, idque tempore magis tranquillo et commodo, voti nos compotes fieri. Literas per parrochum Licensem nobis missas tandem accepimus, quemadmodum ex responsoriis nostris ad easdem Illustritas Vestra procul dubio iam intellexit. Quod profectione se Illustritas Vestra accinctum esse scribit, in eo illi non gratulamur modo, sed fausta et secunda omnia, utque rebus ex S. Regiae Maiestatis dignitate et sententia, Reipublicae autem commodo et bono confectis incolumis ad suos Illustritas Vestra redeat, optamus. Ea vero, quae de vacillantibus et nutantibus Rigensium consilii deque Revaliensium et Suecorum actionibus scribit, sane iniucunda nobis sunt cognitu. Speramus autem, ubi Illustritatem ipsi Vestram praesidiis adventare audiverint, haec omnia in meliorem statum redditura esse. Suecos vero ita insolenter egisse, in eo S. Regiae Maiestati, cuius dignitatem ea in re parum reverenter habitam esse apparet, maiorem in modum condolemus, praecipue vero illaudabile facinus militiae Suecicae in eo, quod

navim S. Regiae Maiestatis diripuerunt, non possumus non vehementer improbare. Ut enim res est pessimi exempli, ita fomitem incendii alicuius maioris (quod tamen hoc loco Deus avertat) initia eiusmodi excitare plerumque consuevere. Habere autem Revalienses suam substantiam mercatoriam cum domestico peculio, auro argentoque apud Gedanenses et in civitate quoque nostra Regiomontana deposito, et quod Sueci mercantiarum suarum magnam quoque partem in istis civitatibus habeant, de eo sane nihil nobis constat. Negotiationem quidem Suecos cum Gedanensibus crebram exercere palam et in confessu est. Contrahere autem illos cum nostris hominibus, hoc perraro, quod nos scimus, fit.

Quod vero Illustritas Vestra nostrum iudicium expetit, annon S. Regia Maiestas sufficientes causas habeat propter navim direptam tam mercaturas Suecicas quam peculia Revaliensia, apud Gedanenses deposita, detinere, arrestare et pignorare, et an nos etiam illud in gratiam S. Regiae Maiestatis in civitate Regiomontana facere deberemus, hanc quaestionem et magni momenti et captiu nostro difficultem esse fatemur. Cum quod qui movere talia vellet, non sine detimento inde subsequuturo rem coniunctam aggressurus videretur, tum quod cuivis fideli S. Regiae Maiestatis subdito indignum hoc facinus, atque ita dignitatem Regis et Domini sui attenuari, merito cor animumque vehementer mordet sauciatque, multo autem acerbius est, si inultum relinquitur. Considerantibus autem nobis inter haec duo horum temporum qualitates, durum sane existimamus S. Regiae Maiestati, ut quae alioqui satis iam habet hostium, fore, si se novis inimicitias involveret. Quod sane eveniret, si Suecorum bona pignoraret, prius non requisito ipsorum Domino aut de damno illato ac ademptorum restituzione, seu compensatione eorum legitime facienda, iuris remedio contra eos, qui hoc in casu fortasse Regis iniussu deliquerunt, neglecto vel posthabito.

Itaque pro ingenii nostri tenuitate expedire arbitraremur, si S. Regia Maiestas rem amicis potius tractatibus, quam hostilibus primitiis adoriretur, ne ex uno fortassis plures sibi coniuctos hostes reddat. Intellectura enim est Illustritas Vestra ex inclusa scheda S. Romani Imperii Principes ad defensionem Livoniae in suam societatem adiunxisse sibi Serenissimos Daniae et Sueciae Reges¹⁾ tanquam vigiles maris, ut hostem maritima irruptione prohibeant, neque illi subsidii a quoquam aliquid importari permittant. Quod si per arestationem Sueciae Rex a S. Regia Maiestate offenderetur, metuendum esset, ne ad ulciscendum se copiis S. Romani Imperii, re cum Moscho sive bello sive pactionibus complanata, fortassis, ut nunc est mundus callidorum consiliorum plenus, conniventibus praecipuis eius exercitus ductoribus, in Maiestatis Regiae detrimentum uteretur. Quae res cum ingens (quod Deus prohibeat) malum esset secum tractura, et prudentis sit actionis omnis incipiendae finem expendere, non consultum nobis videretur, ut S. Regia Maiestas per modum pignorationis ius sibi ipsa ulciscendo diceret, sed de accepto damno et illatis iniuriis, ut supra diximus, amicabiliter prius cum Rege Sueciae experiretur. Quod per missionem legati festinantis, viri autem alicuius egregiam auctoritatem habentis, commodissime factura esset. Si vero Rex Sueciae amicis S. Regiae Maiestatis postulationibus locum dare abnueret, vel responso legatum minus decenti a se dimitteret, tum sane S. Regia Maiestas pro qualitate responsi, cum incliti Poloniae Regni et Magni Lithuaniae Ducatus procerum consilio ac matura beneque ponderata deliberatione, constituere posset, quod ex re tam S. Regiae Maiestatis, quam nostris subditis, qui fortassis in Suecia mercimonia sua habent, non detimento esset.

Praestare autem nuntium mitti, quam per literas eam rem tractari iudicamus, quod is inter mutua colloquia animum Regis, quam in partem inclinatus sit, aliquo modo explorare posset. Haberet quoque opportunitatem perquirendi clam, quid istic ageretur, quo porro tenderent rerum consilia, quantae vires qualisque apparatus, ut de omnibus S. Regia Maiestas sub redditum illius edocta, magis apposite recteque rationibus suis consulere posset. Atque haec properanter sane ac pro qualicunque intellectu nostro ad propositum nobis ab Illustritate Vestra quaestionem respondenda illi esse duximus, salvo tamen in omnibus et per omnia S. Regiae Maiestatis et Illustratissimae Vestrae iudicio et saniore et prudentiore. Quod reliquum est, Illustratissimam Vestram cum itineris sui rerumque omnium felicibus successibus, prosperoque et incolumi ad suos redditu, diu salvam et superstitem esse precamur nosque amori illius fraterne et amanter commendamus. Datae.

*In folio separato: Duci in Olika, Tilzae XXVII Iulii, Regestratum.
Collationatum.*

1) *Fridericus II et Ericus XIV.*

N. 5277.

Ragnetae, 27.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
nuntiat novas sibi cogitationes peperisse exercitum a S. Romano Imperio in
Livoniam mittendum, suadet ergo, ut rex non missionem exercitus ab
Imperio petat, sed potius «nervum belli pecuniarium» impetrare studeat,
et causas adducit, cur exercitus Imperii terris Prussiae vicinus periculosus
sit futurus.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Consignatis alteris iam literis nostris, novas nobis cogitationes peperit exercitus a S. Romano Imperio in Livoniam mittendus. Meminit Illustritas Vestra nos superiore tempore suasisse, ut S. Regia Maiestas, misso ad S. Romani Imperii ordines praecipuus oratore aliquo, offerret se ad defensionem Livoniae, ubi S. Romanum Imperium eum belli nervum, quem contribuere Principes inter se conclusissent, S. Regiae Maiestati Suae mittere non abnuerit. Fore enim hoc cum S. Imperii Romani et sumptibus contractioribus et molestia etiam minore, cum quod gravis armatura Germanica ad hostem, in fuga et celeritate victoriam captante, parum idonea esset opusque magno haberet commeatu, qui ut in devastatis Livoniae terris haberi, ita subvehi per mare ex Germania tam longo itinere commode non posset, tum quod exercitus Germanicus in frigida illa septentrionali plaga ad hiemis iniuriam (quo tempore Moschus¹⁾ ad rem bene gerendam ut plurimum uteretur) minime assuetus esset. Esse autem S. Regiae Maiestati in Poloniae Regno et Magno Lithuaniae Ducatu equitem levis armaturae, ad conserendum cum Moscho proelium celeritate illi non inferiorem, com-

meatus etiam et pabuli tenuitate assuetum contentumque, frigoris quoque patiendi Moschis non imparem, sicut copiosius haec Illustratatem Vestram ex literis nostris, antea hac de re ad illam scriptis, meminisse non dubitamus.

Quamobrem cum certo iam decretam et constitutam esse ab Imperio Romano defensionem Livonum cognoverimus, intererit S. Regiae Maiestatis in id incumbere, ne missione exercitus Germanici opus sit, ac tentare, an consequi S. Regia Maiestas Sua nervum belli pecuniarium a Romano Imperio possit. Si vero consiliarii belli, quos ad hoc Imperium Romanum deputavit, adesse quoque expeditioni et bello deberent, staret illud in S. Regiae Maiestatis Suae et S. Romani Imperii arbitrio seu tractatibus. Ut autem S. Regia Maiestas hanc oratoris missionem maturet, expedire videatur plurimum. Timendum enim est, si tantus equitum peditumque numerus a S. Romano Imperio mitteretur, ne utramque terrarum Prussiae partem periculum aliquod inde affligeret, iamque dudum callide ab iis, qui partium sunt Teutonici Ordinis, cogitata ad recuperandas Prussiae terras consilia erumperent, ut taceamus de transitu permittendo quaestionem non minus difficultem, quam discriminis et gravaminis plenam. Haec pro fide nostra debita inter alia S. Regiae Maiestatis Suae erit prudentius ista cum Illustritate Vestra aliisque sapientissimis consiliariis suis secum expendere, cumque spicula praevisa minus feriant, quid factum velit, non cunctanter constituere. Quod superest, Illustratatem Vestram rectissime valere optamus. Datae properanter Ragnetae 27 Iulii.

*In folio separato: Duci Olicensi, Ragnetae 27 Iulii. Registratum.
Collationatum.*

1) *Ioannes IV Basilides, m.dux Moscoviae.*

N. 5278.

E Regio Monte, 28.VII.1561.

*Consiliarii Alberti ducis in Prussia
Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
absente duce Alberto, significant palatinum Vilnensem cum aliquot centenis
equitum iam Rigam ingressum esse, regem vero post 10.VIII. expeditio-
nem suscepturum esse; de copia litterarum cautionis, absente duce, nihil
se respondere posse.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Praemissa studissimae voluntatis nostraे erga Magnificam Domina-
tionem Vestram amica oblatione, fausta illi atque secunda omnia opta-
mus.

Magnifice ac Generose Domine, Amice honorande.

In absentia Illustrissimi et Clementissimi Principis nostri redditae
nobis sunt Magnificaе Dominationis Vestrae literae, quibus de expeditione
S. Regiae Maiestatis Poloniae, Domini nostri longe clementissimi, deque
profactione Illustris Domini Palatini Vilnensis¹⁾ certior fieri cupit. Ad ea
celare Magnificam Vestram Dominationem nolumus, hoc ipso die nobis
relatum esse Illustrem Dominum Palatinum Vilnensem cum aliquot equi-

tum centenis Rigam ingressum iam esse, ut eam civitatem fidei iuramento S. Regiae Maiestati obstringat. Maiestas vero Regia diebus aliquot post festum divo Laurentio sacrum in expeditionem itura dicitur.

Quae ita, ut renuntiata nobis sunt, Magnificae Dominationi Vestrae communicanda esse censuimus. De copia literarum cautionis nihil, absente Illustrissimo Principe nostro, respondere possumus, sed rem eam ad Celsitudinis Suae redditum remittimus. Atque haec Magnificae Dominationi Vestrae perscribenda esse ducebamus. Quam diu salvam et incolumem esse percupimus. Datae.

Magnificae Dominationis Vestrae studiosissimi
Domini Prussiae Ducis Consiliarii et Locumtenentes
In Regio Monte

Relatio Cancellarii²⁾

In folio separato: Raphaeli Leschinsky nomine Consiliariorum, Regiomonti 28 Iulii. Registratum. Collationatum.

Alia manu: Magnifico ac Generoso Domino Raphaeli Lieschinsky etc., heredi in Goluchow et Przgodicze, Capitaneo Radziejoviensi, amico honorando.

1) Nicolaus Radziwill «Niger».

2) Ioannes a Kreitzen.

N. 5279.

S.l., 30.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
de aliquot armis a se palatino Moldaviae missis, Leopoli detentis eo, quod
eiusmodi arma sine mandatis regiis id permittentibus extra fines Regni
exportari non possint (cfr. N. 5264), refert et rogat, ut eiusmodi mandata
impertrare conetur.*

Ostrpr. Fol., vol. 46.

An Gabriel Terla, den 30 Julii 61 etc.

Wir konnen euch gnediger wolmeinung nicht bergen, das verschiner zeit der wallachische woywode¹⁾ bey uns umb ein rustung uff seinen leib dinlich, desgleichen etzliche stormhauben und pantzer angesucht. Derwegen wir dann ime zu gefallen solche bestellen und machen, auch nach verfertigung derselbigen unsern cemmerer und lieben getreuen Marcellum Conarski, ime dieselbigen an inen zu bringen, damit abgefertigt. Nun hetten wir uns nicht versehen, das dise dinge bedenken haben sollen, dergleichen ime zuzusenden, bevorab weil es jhe gar wenig, derwegen es auch wenige aufsicht haben solte, sonderlichen auch weil wir nicht anders wissen, dann das gemelter wallachische woywode mit ko.mt. zu Poln in hoher verwantnuss und also stehe, das er irer ko.mt. schutz underworfen, ire ko.mt. inen auch gegen den despott und andere geschutzt. Derhalben wir ime dann uff sein ansuchen two rustung uff seinen leib zurichten lassen und also dieselben neben 20 stormhauben und 30 pantzer, desgleichen 100 hacken zuschicken wollen.

Nun hat uns verschiner zeit gemelter unser cemerer Conarski geschrieben, als solten dieselben rustungen zur Reuschen Lemperg²⁾ angehalten sein und ime dieselben an ermelte orth zu fuhren nicht gestadten wollen. Derwegen wir dann vor diser zeit an den erbarn unsern lieben getreuen Erhartens von Kunheim geschriben und ime bevolhen, bey ko.mt. umb pass und gleitsbrief anzuhalten. Worauf uns nun durch Kunheimen geschriben und vermeldet wirt, das ire ko.mt. solche rustung bemeltem wallachischen woywoden zuzufuhren keins wegs gestadten wollen, welchs uns dann allerley bedenken gibt. Dann sollte es die meynung haben, das ire ko.mt. mit dem wallachischen woywoden anders dann wol stunden, wissen wir uns, Gott lob, selbst zu berichten, das uns nicht geburet ohne irer mt. vorwissen ime einige zufuhr mit kriegsrustung, wollen geschweigen mit anderm, auch dem wenigsten, zuschub zu thun. Weil es aber keiner andern ursache halben geschehen, dann das wir derorth kundtschaft und etzliche viech von do haben wolten, der herr undercantzler Phylip Podnoffski³⁾ sich auch gegen uns disfals hohen furderung erbothen, demnach ist an euch unser gnediges sinnen und begeren, ir wollet uff beyligenden credentz euch mit ime bereden, und do ir beide fur rathsam befindet, das der ko.mt. nach gelegenheit der umbstende, die uns noch zur zeit verborgen, unser ersuchen nicht zuwider, nochmals, damit unser cemerer Conarski solche pass oder gleitsbrief erlangen möge, uffs vleissigste sollicitiren und anhalten. Solten aber ursachen, das es nicht sein möchte, die uns doch als ermeldet noch zur zeit verborgen, verhanden sein, demnach begeren wir gnediglich, ir wollet den hern undercantzler von unsserntwegen anlangen, das er neben euch, wie wir dann gleichsfals an euch gnediglichen sinnen, bey ko.mt. uns zum vleissigsten entschuldigen wolte, uff das wir jo bey irer ko.mt. in dem verdacht nicht sein dorffen, als were unsere meinung, dafur uns Gott behutte, dohin gerichtet, wider irer ko.mt. willen in solchen fellen etwas zu thun.

Wo nun durch ermelten hern undercantzler und euch solche pass oder gleitsbrief erhalten wurden, sinnen wir gnediglich, ir wollet dieselben briefszeigern zustellen, im fall ir aber dieselben nicht zuwegen bringen kontet, so wollet doch nichtsweniger solchs briefszeigern berichten und von dannen an seinen jungkern verreiten lassen, uns aber, wie es verpleibt, durch zufellig potschaft berichten. Abermals gnedigist begerende, ihr wollet euch disen handel treulich bevolhen sein und an eurem fleiss nichts erwinden lassen. Das seint wir etc.

D. Gerke

1) *Alexander, palatinus Moldaviae.*

2) *Leopolis Russiae.*

3) *Philippus Padniewski, ab a.1560 ep. Cracoviensis.*

N. 5280.

Ragnetae, 31.VII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Mączyński, Nicolai Radziwiłł «Nigri» secretario,
pro alacritate et promptitudine in mittendis litteris gratias agit.*

Conc., H B A, B, K. 1182.

Praemissis praemittendis.

Accepimus Generositatis Vestrae literas cum quibusdam exemplis certarum literarum, tum legationum Illustris Domini Magistri Livoniae¹⁾ et respcionum S. Regiae Maiestatis, quae a defectione civitatis Revaliensis

ultra citroque inter Suam Celsitudinem et Sacram Regiam Maiestatem intercesserunt, necnon exemplum literarum ad Illustrissimum Dominum Ducem Magnum²⁾ cum titulo scriptarum. Quae omnia ut fuerunt nobis gratissima, ita ex communicatione talium Generositatis Vestrae animum erga nos plane officiosum et voluntatem nobis gratificandi perspeximus. Pro qua alacritate et animi promptitudine Generositati Vestrae maximas agimus gratias eamque vicissim benevolentia et gratia nostra pormereri studebimus. Porro Generositatem Vestram feliciter valere exoptamus.

In folio separato: Iohanni Maczinsky, 31 Iulii 61 Rangnet.

1) *Gottardus Kettler.*

2) *dux Holsatiae, filius Christiani III regis Daniae.*

N. 5281.

Ragnetae, 2.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae de pecuniae summa regi mutuo a se danda et de oppignoratione praefecture Jurborgensis sibi a rege facienda.

(Latine)

Cfr. El. XXXI, NN. 812, 813, 814, 815.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5282.

Ragnetae, 2.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae mente et voluntate regia circa oppignorationem praefecture Jurborgensis cognita, nuntiat se Erhardo a Kunheim, cubiculario suo, mandasse, ut sententiam suam de eadem oppignoratione regi plenius et accuratius exponeret, et rogat, ut eum benigne audiat plenamque suo nomine dicenti fidem adhibeat.

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 812.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5283.

Ragnetae, 2.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim rogat, ut regi persuadeat se in negotio pecuniae regi mutuo dandae et oppignorationis praefecture Jurborgensis non suum commodum vel emolumen- tum aliquod quaerere, nec regi damnum vel iacturam inferre velle, iubet, ut sententiam de hoc negotio suam regi exponat.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Erhart von Kunheim, den 2 Augusti 61.

Wir haben dein schreiben empfangen und daraus, wess du von der ko.mt. belangendt das anlehen uff Georgenburg fur bescheidt und resolution bekommen, verstanden. Nun ist uns anfenglich schmertzlich zu vernemen gewesen, das wir bey der ko.mt. villeicht in dem argwohn, als sucheten wir mer unsern nutz als der ko.mt. durch diss anlehen underthenige dinste zu beweisen, welchs wir warlichen niemals in unsren sin und gedanken genommen. Derhalben begeren wir gnedigist, du wollest uff beyligende credenz die ko.mt. zum forderlichsten ersuchen und uns disfals gegen irer ko.mt. zum fleissigsten und underthenigsten entschuldigen, mit disem anhaft, das unsere meinung nicht sey, mit irer ko.mt. als unserm gnedigen konig und hern dermassen zu handeln, darob irer mt. schaden aber dagegen unser nutz und frommen gesucht, sonder mer unsere underthenige treu und dinstwilligkeit zu beweisen.

Damit nun ire ko.mt. solchs wirklichen und in der thadt zu spuren, so weren wir urpotig derselben die angebothenen 30000 thaler acht tage nach datum zu Georgenburg oder, wo es nicht anders sein kondte, zu Cauen abzulegen dergestalt, das uns über solche somma gnugsam bekennuss und versicherung gegeben; auch wo es irer ko.mt. nicht zugegen, das ampt uff den übergebenen anschlag einzureumen. Die pfandtverschreibung kondte nachmals wol behandelt, verglichen und vollzogen werden.

Wir aber waren daneben des erbietens, wo wir nach gewisser erkundigung des ampts und desselben zugeschlagenen nutzungen, wievil solchs tregt und wie hoch es zu gebrauchen, befinden wurden, das solche nutzungen mit den 30000 thalern zu zimlicher massen nicht belegt, uns mit einem nachschuss einer mehrern somma dermassen zu erzeigen und zu beweisen, daraus ire ko.mt. unser gemuth im werg und in der thadt anders nicht geneigt, dann wie obgemeldt erspuren sollen, der underthenigen zuversicht, ire ko.mt. an solchem unserm erbieten in ko. gnaden ersetztig sein und sich hinwider gegen uns und unserm geliebten sohne den gnedigen konig erzeigen werde.

Weil aber das waldtwerg, wenn es ausgescheiden, wie wir itzo bedencken, aus disen ursachen allerley irrung geben möchte, dann man villeicht die insassen des ampts mit der ausfuhr und anderm zu furderung des waltwergs beschweren möcht wollen, lassen wir uns wol das gerathenste zu sein beducken, das eins beim andern gelassen. Wolten uns auch geburlicher vergleichung disfals nicht weigern. Wir stellen aber solchs, sowol auch ob die steur abzuhandlen, zu der ko.mt. willen und ferner handlung, abermals gnedigst begerandt, du wollest als fur dich selbst, ob solche dinge zulangen mochten, verhören und je, wie obgedacht, an der entschuldigung zu unserm glimpf nichts erwinden lassen und was dir zur antwort wirt, so möglich in schriften nemen und uns eilendt zufertigen. Daran etc. In Ragnit.

Relatio F[riderici] a Kanicz
Princeps audivit legere
S[ecretarius] B[althasar] Ganss

N. 5284.

E Regio Monte, 5.VIII.1561.

*Alberti ducis in Prussia commissarii
Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
in absentia ducis Alberti ad litteras eius, Goluchoviae 28.VII. datas, respon-
dent et nuntiant se famulo eius iter ad ducem Olicensem et palatinum*

*Vilnensem [Nicolaum Radziwill «Nigrum»] libenter demonstrasse et
descripsisse; ad priores eius litteras, cum copia privilegii Soldaviensis
missas, iam prius ei responsum esse significant.*

(*Latine*)

Cfr. El. XLI, N. 1818.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5285.

Lasdehnen, 5.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

*rogat, ut in negotio Megapolensi scriptum responsum a rege impetret idemque
sibi transmittat, ut Ioanni Alberto duci Megapolensi quam citissime
mitti possit; de negotio oppignorationis Jurborgensis se iam ei satis
scripsisse et supervacaneum arbitratur idem nunc repetere; pro fa-
sciculo librum et aliquot epistulas continente sibi remisso gratias
agit.*

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5286.

S.l., 10.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

archiepiscopo Gnesnensi [Ioanni Przerembski]

*iterum pro subdito suo Valentino Stollio, causam de hereditate post mortem
sororis suaे germanae Gedani habente, qui hactenus ea in re nihil con-
sequi potuit, intercedit.*

(*Latine*)

Cfr. El. LXIX, N. 5047.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5287.

S.l., 14.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

Sebastiano Dybowski, capitaneo Grodnensi,

*postulat, ut subdito cuidam suo tres equos una cum frumento praeter ius et
aequitatem ablatos restituat.*

(*Latine*)

Conc., H B A, B, K. 1183.

N. 5288.

S.l., 18.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
palatinum Marienburgensem [Achatium Czema] ad regem proficiscentem ali-
quot varias et non exigui momenti res, tam ad regem quam ad se ipsum
spectantes, nomine suo regi relatrum esse nuntiat et rogat, ut ei dicenti
clementes aures praebeat et plenam in omnibus fidem adhibeat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5289.

S.l., 18.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

*episcopo Cracoviensi, R.P. vicecancellario [Philippo Padniewski] et, mutatis
mutandis, Nicolao Radziwill «Nigro» et Petro Myszkowski
nuntiat se a palatino Marienburgensi [Achatio Czema] ad regem proficidente
petivisse, ut ipsis quoque aliquot magni momenti negotia, ad regem et ad
se ipsum spectantia, exponeret, praesertim vero ut controversia finium Li-
thuanicorum terminetur; rogat, ut eum diligenter audiant et nomine suo
dicenti plenam fidem habeant.*

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1826.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5290.

S.l., 18.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Mączyński et, mutatis mutandis, Eustachio Wołłowicz
rogat, ut negotium suum districtus Jurborgensis pignoris loco a rege sibi tra-
dendi «fideliter ac diligenter sibi commissum habeat detque operam,
ut in literis et diplomatis super districtum Jurborgensem nomine S.
Regiae Maiestatis conficiendis iuste et idonee nobis caveatur».*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5291.

S.l., 18.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

*notum facit se per palatinum Marienburgensem [Achatium Czema] negotium
cautionis («versicherung») super districtum Jurborgensem sibi facienda
regi et Regni proceribus sibi faventibus commendasse, et petit, ut et ipse
causam hanc promovere studeat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5292.

S.l., 23.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

«commissariis Regis in Georgenburgk»
rogat, ut «in id incumbere velint, quo praefectura nobis primo quoque tempore cum omnibus et singulis utilitatibus, usibus fructibus et preventibus ex mandato regio tradatur, registra et inventaria conficiantur, subditi non graventur, tandemque fines praedictae praefecturae ex altera parte, quae Samogithiam tangit, demonstrentur ac integre terminentur complanenturque».

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5293.

E Regio Monte, 24.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

Petro Paulo Vergerio

negotium consiliarii sui Casparis a Nostitz, qui filios suos «ad capessendum ingenii cultum bonasque literas discendas» in Academiam Tübingerensem mittere constituit, commendat et rogat, ut dicti consiliarii sui filios «sibi commendatos habeat detque operam, ut docto et praestanti alicui viro privatim erudiendi et instituendi tradantur, donec ita profecerint, ut privato praceptore recte carere posse videantur».

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5294.

Angerburgi, 27.VIII.1561.

Albertus dux in Prussia

legato pontificio [Ioanni Francisco Canobio]

se invisere cupientem hortatur, ut se in aulam suam Regiomontanam conferat et ibi adventum suum praestoletur.

Cfr. El. LVIII, N. 9

Conc., H B A, B, K. 1182.

Salutem et benevolentiam nostram.

Reverende in Christo Pater, Amice nobis perchare.

Ex literis S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi et consolabili charissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Warmiensis¹⁾, Domini et amici nostri etc., necnon ex epistola Reverentiae Vestrae intelleximus Reverentiam Vestram nos in reditu nunc suo invisere statuisse ac circa illud voluntatem nostram scire cupere. Ad id Reverentiam Vestram celare non possumus, nos morbo quodam hactenus hoc in loco, ubi nunc sumus, satis importuno fuisse detentos et in crastinum diem hic discedere rectaque Regiomontem in ordinariam aulam nostram, Deo dante, nos conferre decrevisse. Cum itaque hoc Reverentiae Vestrae institutum nobis non

sit ingratum, et propter S. Regiae Maiestatis, Domini nostri etc., commendationem Reverentiae Vestrae gratiam et benevolentiam nostram libenter ostendere velimus, sicut et debemus, postulamus atque rogamus clementer, ut Reverentia Vestra se in dictam civitatem et aulam nostram conferat, in quem locum et nos, ut diximus, brevi veniemus. Mandamus interea consiliariis nostris, ut de hospitio et de aliis Reverentiae Vestrae usque in adventum nostrum, quem ibi Reverentia Vestra expectabit, prospiciant. Quod Reverentiae Vestrae literis hisce breviter respondendum duximus.

*In folio separato: Legato Pontificio. Alia manu: An bepstlichen Legaten,
datum Angelburg 27 Augusti.*

1) Stanislaus Hosius.

N. 5295.

E Regio Monte, 28.VIII.1561.

*Albertus dux in Prussia
archiepiscopo Gnesnensi [Ioanni Przerembski]
pro puero quodam de civitate Lubecensi, quem ophthalmicus suus Rupertus
Gockel in sua disciplina habuit et anno 1559 cuidam aulico archiepiscopi
Gedani tradidit ea condicione, ut annum unum penes illum esset, nunc a
parentibus repetito, intercedit et rogat, ut nuntio ophthalmici sui ad pue-
rum excipiendum et deducendum misso adesse velit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5296.

E Regio Monte, 28.VIII.1561.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Boner, castellano Biecensi,
pro Thoma Sifert, ophthalmici et chirurgi sui familiari, qui anno superiore
Cracoviae apud Ioannem Hegemonem, regium tormentorum bellicorum
praefectum, quaedam supellectilia sua depositus, nunc autem, dicto Hege-
mone demortuo, sperat ea apud ipsum ratione officii eius inveniri, inter-
cedit et rogat, ut idem Sifert ista bona sua mobilia recuperare queat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5297.

S.l., 2.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Colnensi
mittit potestatem in ditionibus suis persecundi furem, quendam Adalbertum
(in ms. Woitziech) Danowski, qui nobili Philippo Kobelin, aulico regio,
pecuniam et «alias cleinodias» furto abstulit; eundem Kobelin ad eum
proficiscentem commendat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5298.

S.l., 3.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Dulski, aulico regio,
negotium servitoris sui Valentini Stoll, iam pridem ei commendatum, iterum
commendat.
(Germanice)
Cfr. El. XLI, N. 1853.
Ostpr. Fol., vol. 46.*

N. 5299.

S.l., 4.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
de usufructu silvarum, praecipue mellis et mellificiorum, a subditis distric-
tuum Ducatus sui et Magni Ducatus Lithuaniae inter se confinantium.
(Latine)
Conc., H B A, B, K. 1182.*

N. 5300.

S.l., 4.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
Erhardo a Kunheim
in causa accipiendae ab eo praepositurae Rigensis, ad quam nomine capituli
postulatus erat, respondet se nullum ei consilium dare posse, praesertim
cum de hoc negotio inter archiepiscopum Rigensem eiusque coadiutorem
et ipsum capitulum controversia intercedat; hortatur eum, ut omnes
huius rei circumstantias bene perpendat (cfr. N. 5263.).
Ostpr. Fol., vol. 46.*

An Erhart von Kunheim, den 4 Septembbris 61 etc.

Wir haben dein schreiben, den 19 Augusti zu Cauen datirt, empfangen und daraus, wess gestalt du umb unsere entliche resolution der rigischen probstey postulation halben bitten thust, verstanden. Nun wissen wir uns zu berichten, wess wir uns hievorn auf dein undertheniges ansuchen, sonderlich weil du ohne unsern rath nichts zu thun bedacht wehrest, unter anderm dich vernehmen lassen, in disem handel gegen dir gnedigst erkleet, darauf wir auch nachmals aus domals in unserm schreiben angezogenen ursachen nicht unbillich befaren. Dann ob wir wol unsere gesandten in Eyfflandt dermassen, das dieselbigen in dem handel etwas fruchtbars ausrichten und denselbigen hinlegen solten, abgefertigt, so haben wir doch in derselbigen widerkonft aus irem einbringen sovil vermerkt, das der cum titulo marggraf Wilhelm etc.¹⁾ in abwesen des cum titulo hertzog Cristoffs zu Meckelburg etc.²⁾ sich in keine handlung einlassen wollen. So

wir dann nun, da gleich dise uneinigkeit zwuschen gedachtem unserm brudern, dem hern ertzbischoffen, s.l. coadiutorn und einem erw. capittel nicht were, dir zu solcher probstey aus allerley und zum theil in unserm vorigen schreiben erwenten ursachen nicht wol rathen konten, vil weniger wissen wir dir itziger gelegenheit nach, das du dich etwas einlesest, zu rathen, und hast bey dir deiner bescheidenheit nach selbst alle umbstende wol zu erwegen. Uns ist auch wol dir disfals zu rathen oder etwas schließlichs zu vermelden bedenklichen, seintemahl wir aus deinem schreiben und sonstn sovil vermercken, das du fast selbst zu der probstey guten lust und villeicht anderer leuthe und deines selbst eigenen raths entlich darinnen zu gebrauchen vorhabens sein magst. Wir können aber, wie obgemelt, aus vorigem unserm rath mit reinem gewissen nicht schreiten. Welchs wir dir etc.

F[ridericus] a Kanicz

- 1) *archiepiscopus Rigensis, frater ducis Alberti.*
- 2) *coadiutor Rigensis.*

N. 5301.

E Regio Monte, 5.IX.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

narrat sibi a capitaneo suo Neidenburgensi, Petro (in ms. Ruffo) Kobersehe, perscriptum esse de Ioanne Frankonowski, eiusdem capitanei et suo com-muni inimico, in oppido Ludberck (Lidzbark) ab exploratoribus capitanei deprehenso et in vincula coniecto; queritur deinde de eodem Frankonowski a vicecapitaneo Ludbergensi armata manu e vinculis liberato et rogat, ut rex capitaneo Ludbergensi, Michaeli Działyński, severe mandet, «quo vicecapitaneum suum eo adigat, ut Ioannem Franckonowski aut in carcerem restituat, aut ipse suo loco et nomine mihi pro ea iniuria et diffidatione, quam iure ab hoste meo repetiturus sum, respondeat et satisfaciat».

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1183.

N. 5302.

E Regio Monte, 5.IX.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

rogat, ut rex propter publicam utilitatem Gedanensibus, Elbingensibus, Cau-nensisibus, Polangensibus et aliis exportationem carnium sale conditarum interdicat.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod cives et mercatores Gedanenses, Elbingenses, Regiomontani et reliqui, ad sinum hunc maris Balthici habitantes, non exiguum numerum boum

quottannis coemere, mactare, sale condire et navibus exportare consueverunt. Quae sane res non mediocre incommodum his regionibus importare solet, siquidem et penuriam carnium et caritatem inde oriri necesse est. Praeterea et hoc considerandum venit, quod dictae carnes salitae ut plurimum Lubecensibus subvectae sunt et subvehuntur, qui perniciosa sua navigatione Moschum, capitalem Christianitatis hostem, in suo proposito et conatu hactenus iuverunt, armarunt et confirmarunt.

Et quanquam non dubito S. Regiam Maiestatem Vestram, uti inclustum, prudentem et longe prospicientem Regem, haec pericula et incommoda melius me animadvertere et diligentius expendere, tamen propter publicam utilitatem, quam omni modo promovere cupio, facere non potui, quin S. Regiam Maiestatem Vestram eius rei commonefacerem, etiam atque etiam vehementer et submisso petens, S. Regia Maiestas Vestra hoc ipsum negotium accuratius considerare dignetur ac editis interdictis, tam hic in Prussia apud Gedanenses et Elbingenses, quam in Magno Ducatu Lythuaniae apud Caunenses, Polangenses et alios, serio cavere, ne carnes salitae tanta copia postmodum navibus exportentur, sed ut cuivis ad necessarium tantum usum rei suae familiaris et domesticae, quantumque ad navem commeatu providendam et expediendam sufficiat, emere et mactare liceat.

Haec res non exigua utilitatem his regionibus, uti S. Regia Maiestas Vestra successu temporis evidenter comperiet, praesertim durante hoc bello contra Moschum, allatura est, et ego hanc ipsam S. Regiae Maiestatis Vestrae clementiam, pro iuvanda Republica adhibitam, debitissime meis studiis et officiis prosequi non desistam. Commendo S. Regiam Maiestatem Vestram Deo Optimo Maximo diu salvam, incolumem et felicem conservandam. Datae Regiomonti.

In folio separato: Regi Poloniae, 5 Septembbris.

Alia manu: Registratum. Collationatum.

N. 5303.

S.l., 7.IX.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

significat se litteris accepisse status Imperii ter centena milia florenorum destinasse ad muniendas eas arces et civitates in Livonia, quae in hostis potestatem nondum redactae sunt.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

S. Regiam Vestram Maiestatem latere nolo literas me accepisse, in quibus inter cetera scribitur status Romani Imperii constituisse ter centena millia florenorum ad proxime hoc instans Michaelis festum¹⁾ conferre eiusque sententiae esse, ut ea pecunia convertatur ad muniendas praesidio et commeatu eas arces et civitates Livoniae, quae hostis in potestate adhuc non sunt. Imperatoriam etiam Maiestatem²⁾ brevi conventum indicturam esse, in quo deliberatio habeatur de insigni aliquo belli nervo comparando, qui non tantum ad bellum Moscho inferendum, sed finiendum quoque

sufficiat. Plane autem existimare status Romani Imperii, quod ad rem bene gerendam expeditat militiae Germanicae coniungi levis armaturae copias. Itaque decrevisse eos S. Regiam Vestram Maiestatem requirendam et pacis-cendum ea de re cum illa esse, ut coniunctis cum S. Regia Vestra Maiestate viribus bellum hosti inferatur.

Haec ideo S. Regiae Vestrae Maiestati communico, ut quid de rebus Livonicis in Germania agatur non sit nescia, secumque statuat, an suam operam S. Romani Imperii Principibus in defendenda Livonia offerre, simulque mittendae ad manus S. Regiae Vestrae Maiestatis pecuniae contributae meminisse velit, an vero praestolandum sibi tantisper censeat, donec ipsi S. Romani Imperii status ultro cum S. Regia Vestra Maiestate his de rebus tractatus suscepturi sint. Quae omnia ut prudentissimo S. Regiae Vestrae Maiestatis arbitrio relinquo, ita non dubito S. Regiam Vestram Maiestatem, quid ex re et dignitate sua esse duxerit, sapienter procuraturam esse. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem felicem diuque salvam et incolumem valere rerumque illi omnium prosperrimum successum exopto.

Ex relatione D. Canitii

In folio separato: Regi Poloniae, 7 Septembris anno 61.

Alia manu: Registratum. Collationatum.

1) 29.IX.

2) *Ferdinandus I.*

N. 5304.

S.l., 8.IX.1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro binis litteris regiis, alteris de exportatione carnium sale conditarum «pu-
blici harum terrarum commodi causa» interdicta et de mandatis viceca-
pitaneo Ludbergensi datis «ratione eliberationis hostis mei Ioannis
Frankonowski», alteris de palatini Vilnensis, Nicolai Radiziwill, gestis in
Livonia, gratias agit.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5305.

S.l., 8.IX.1561.

Albertus dux in Prussia

episcopo Cracoviensi [Philippo Padniewski]

pro benevolentia erga se eius, et litteris et sermonibus palatini Marienburgensis [Achatii Czema] confirmata, gratias agit; negotium suum hypothecarium ratione oppignorationis praefecturae Jurborgensis ei commendat.

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1826.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Albertus dux in Prussia

Petro Paulo Vergerio

propensam eius voluntatem ad studia pacis in causa religionis et in conciliandis animis eorum, «qui rectius de doctrina Ecclesiae sentiunt» laudat; pro novitatibus sibi communicatis gratias agit et rogat, ut praesertim «de statu Galliarum» per nepotem suum se certiorem reddat; de meliore ipsius valetudine gaudet.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Albertus.

Reverende et Eximie, Amice nobis sincere dilecte.

Literae Reverendae Dominationis Vestrae, quas nobis cum tabellario nostro misit, et gratissimae et periucundae sunt, quod ex his ac aliis non obscuris argumentis cognoscimus Reverendae Dominationis Vestrae ad pacis studia tam in causa religionis, quam in conciliandis et coniungendis animis arctius eorum, qui rectius de doctrina Ecclesiae sentiunt, propensissimum studium ac voluntatem, deinde non parum eam laborare, quo vera de Deo doctrina latius propagetur. a)Quae cum sint officia veri ac christiani hominis, precamur Deum toto pectore, ut Reverendam Dominationem Vestram et consimilia organa contra quosunque diabolicos insultus conservare ac protegere velit. Agimus deinde Reverendae Dominationi Vestrae gratias pro novis nobis communicatis. Quia vero Reverenda Dominatio Vestra^{a)} pleraque in literis de adventu nepotis sui¹⁾, quem nunc in dies praestolamur, reicit, gratum nobis erit, si nobis plenius fusiusque de iis, ac praesertim de statu Galliarum, cuius Reverenda Dominatio Vestra mentionem facit, referat.

Ad extremum intelleximus Reverendam Dominationem Vestram in morbum paulo graviorem, ex quo tamen iuvante Deo thermarumque usu et commoditate convaluerit, incidisse. Agimus simul cum Reverenda Dominatione Vestra Deo aeterno gratias, quem precamur, ut Reverendae Dominationi Vestrae integrum valetudinem propediem restituat. Atque haec Reverendae Dominationi Vestrae brevibus pro hac vice respondenda esse duximus. Cui omnia fausta et felicia optamus. Datae.

In folio separato: Petro Paulo Vergerio, 8 Septembbris anno 61.

a-a) *scriptum in margine pro expuncto in textu:* Quod vero Romanorum Imperatoriam Maiestatem talia de numero fidelium dixisse aiunt, dolendum sane est, imo orandum, ut omnipotens Deus quoscunque falsa religione seductos in viam clementer revocare dignetur ac spiritu suo sancto illuminata.

re, quo ad amplectendam sui verbi veraeque Ecclesiae doctrinam animum tandem adilicant, faciatque messem electorum pro immensa sua benignitate et misericordia ex his ipsis quoque copiosiorem. Ceterum cum Reverenda Dominatio Vestra.

1) *Aurelius Vergerius.*

N. 5307.

S.l., 10.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
palatinae Lanciciensi [Elisabeth de Sieprc Brudzewska]
acta causae, quae ei cum Alberti Finck (vel Fincka), iudice terrestri Olstinensi,
intercedit, se ad eius petitionem libenter et sine mora iudicio Olstinensi
transmissurum esse nuntiat.
(Latine)
Cfr. El. XLI, N. 1823.
Conc., H B A, B, K. 1182.*

N. 5308.

S.l., 17.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro nobili Philippo Kobelin, aulico regio, iterum intercedit et petit, ut illi rex
aliquot mansos fundi in Curonia concedere velit «tali privilegio et
immunitate, uti ceteris ex ordine nobilium ... dare consuevit».
(Latine)
Conc., H B A, B, K. 1182.*

N. 5309.

S.l., 17.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni a Watten
rogat, ut famulo suo Georgio Horck, pro vinis Hungaricis ad usum aulae suaे
coemendis misso, nomine suo 200 florenos, si fortassis pecunia indigue-
rit, dare velit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 46.*

N. 5310.

S.l., 22.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Philippo Padniewski]
quae per palatinum Marienburgensem [Achatium Czema] secretius sibi com-
municaverit, ea summa fide et diligentia sibi ab ipso relata esse nuntiat;
negotia, quae legatus Sueticus apud regem expedienda habet, commendat.
(Latine)
Cfr. El. XLI, N. 1826.
Conc., H B A, B, K. 1182.*

N. 5311.

S.l., 23.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Philippo Padniewski]
negotium matrimoniale inter sororem regis iuniorem [Catharinam] et ducem
Finlandiae [Ioannem] ineundum commendat.
(Latine)
Conc., H B A, B, K. 1182.*

N. 5312.

S.l., 24.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Boner (Bonar), castellano Biecensi,
significat se pastoribus suis ovium mandata dedisse, ut aliquem ovium numerum servitori eius vendant; pro communicatis sibi novitatibus gratias agit.
(Latine)
Cfr. El. XLI, N. 1825.
Conc., H B A, B, K. 1182.*

N. 5313.

S.l., 25.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
regi pro Georgio Baranowicz, ab uxore furti aliorumque criminum accusato, intercedenti (nam rem aliter se habere eundem Baranowicz ei rettulisse dicitur), respondet se ad capitaneum suum Licensem scripsisse, «ut illi liberum faciat recipiendi ad se cum liberis et suppellectili uxorem suam, ea tamen condicione, ut cautionem fideiussoriam ratione minarum et interminationum praestet, et quod in posterum cum eadem uxore sua humanius quam antea vivere velit».
(Latine)
Cfr. El. XXXI, N. 791; XXXII, N. 947; XLI, N. 1769; XLV, N. 158.
Conc., H B A, B, K. 1182.*

N. 5314.

S.l., 25.IX.1561.

*Albertus dux in Prussia
Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
certiore eum facit se capitaneo suo Brandenburgensi, Antonio a Borck, in mandatis dedisse, ut se vel in propria persona Gedanum conferat, vel per aliquem idoneum servitorem residuam pecuniae summam sibi in mutuum datam recipiat.*

(*Schedula: regem a se postulare nuntiat, ut «in conquirenda aliqua insig-
gni pecuniae summa» ei operam suam navet; petit igitur, ut promissam
sibi sex milium talerorum summam citius sibi numerandam curet.*)

(*Latine*)

Cfr. El. XLI, N. 1827.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5315.

S.l., 2.X.1561.

Albertus dux in Prussia

*Erhardo a Kunheim et, «in simili forma», Ioanni Dulski
pro Joachimo a Pelcken, civi Gedanensi, qui in naufragio multa damna acce-
perat, intercedit et rogat, ut eum regi commendent, quo ad duorum aut
trium annorum spatium eum sub tutelam suam recipiat et litteras mora-
torias ei concedat, donec, rebus suis reparatis creditoribus suis satis-
faciat.*

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5316.

S.l., 4.X.1561.

Albertus dux in Prussia

*Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
sperat servitorem suum pro accipienda residua pecunia sibi mutuo data iam
Gedanum pervenisse; ad conficiendum negotium traditionis praefectureae
Soldaviensis nuntiat se deputasse consiliarios suos: Wolfgangum a Krei-
tzen, capitaneum Osterodensem et heredem in Deutscheilau, Theodoricum
a Wermsdorf, capitaneum Hoensteinensem, et Albertum Finck, iudicem
terrestrem Hoensteinensem.*

(*Latine*)

Cfr. El. XLI, N. 1827.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5317.

S.l., 7.X.1561.

Albertus dux in Prussia

Petro Paulo Vergerio

*nepotem eius se libenter vidisse et avide audivisse nuntiat; sermones eius lit-
teris ipsius consonantes fuisse et studium erga se eius confirmasse; sperat
Deum Ecclesiam suam, «instar naviculae Petri in mediis procellis*

fluctuantem», pessumdari non esse passurum; filium Ioannis Ugnad sibi commendatissimum fore pollicetur; nepotem eius eadem, qua prius, clementia se prosecuturum esse recipit.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Albertus etc.

Reverende ac Eximie, Amice nobis singulariter dilecte.

Nepotem Reverendae Dominationis Vestrae¹⁾ ad nos reversum et vidi-
mus libenter et audivimus cupidissime. Qui cum fere omnia et singula lite-
ris Reverendae Dominationis Vestrae consonantia nobis coram referret,
studium Reverendae Dominationis Vestrae tam ex literis, quam sermone
eiusdem luculenter perspeximus. Qua in re ut dupli nobis nomine Reve-
renda Dominatio Vestra gratificata est, ita per omnem occasionem id
ipsum benignitate nostra compensabimus. Fatemur autem ingenue plera-
que tam in eo ipso Reverendae Dominationis Vestrae scripto, quam quae
nobis a nepote illius exposita sunt, ita captum nostrum excedere, ut quid
sentiendum nobis vel rescribendum etiam sit de iisdem, plane constituere
nobiscum nequeamus. Sunt enim res et magni momenti arduaeque et dif-
ficles, in quibus omnibus unicum illud superesse putamus, ut Deum votis
ardentibus imploremus, ne pessundari Ecclesiam suam patiatur, sed fluc-
tuantem eam instar naviculae Petri in mediis procellis a ventorum turbine
salvam et gloriae suae amplificandae in multam et numerosam fidelium
messem pullulantem et crescentem esse faxit, animos deinde magnorum
principum et heroum ita spiritu sancto suo flectat, ut ab armis et cruentis
consiliis abducti paci et tranquillitati publicae et saluti animarum, aeter-
nam beatitudinem sitientium, in primis consulant et pietatis christianaes
assertores sint.

Gratum quoque nobis fuit cognitu, quod Reverenda Dominatio Vestra
tam in Galliis quam alibi nos potentissimorum quorundam notitiae insi-
nuare nobisque ad ineundam amicitiae mutuae familiaritatem viam ster-
nere non gravata est. Ut emurque ea per occasionem, nobis pro rationum
nostrarum qualitate ad hoc data.

Filium Generosi Domini Ioannis Ugnad²⁾, ubi nostram aulam accesse-
rit, nobis commendatissimum habituri sumus, ita sane, ut intelligat et
Principis sui amicitiam, quae cum Illustrate Sua, et benevolentiam, quae
nobis cum parente illius intercedit, ac preces quoque Reverendae Domina-
tionis Vestrae debitum apud nos pondus habuisse.

Ad extremum, quod ad commendationem nepotis Reverendae Domina-
tionis Vestrae attinet, hunc ea clementia prosequemur, qua cum in album
servitorum nostrorum, praesente hic Reverenda Dominatione Vestra, reci-
peretur, complexi sumus, planeque confidimus ipsum per omnia et fidelis
et observantis servitoris munere, sicut fecit hactenus, perfuncturum esse.
Atque haec Reverendae Dominationi Vestrae ad literas illius respondenda
esse duximus. Quam non recuperare modo ex integro pristinam valetudi-
nem cupimus, sed in seros etiam annos incolumem vivere exoptamus.
Datae.

Relatio Canitii

In folio separato: Petro Paulo Vergerio, 7 Octobris.

1) *Aurelius.*

2) *Ioannes Ugnad, dux exercitus Ferdinandi I
imperatoris.*

N. 5318.

E Regio Monte, 10.X.1561.

*Albertus dux in Prussia
Martino Zborowski, palatino Posnaniensi,
duos falcones dono mittit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5319.

S.l., 14.X.1561.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
litteras regias, causas non praestitae hucusque traditionis praefecturae Jurbor-
gensis continentibus, se accepisse nuntiat et respondeat se ad regis postulata
«animo promptissimo mutuum non sine difficultate aliunde conquisi-
tum numerasse», et non per commissarios suos stetisse, quominus hoc
negotium ad exitum deduceretur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 815.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5320.

S.l., 20.X.1561.

*Albertus dux in Prussia
Annae et Catharinae reginulis Poloniae
Christophorum Jonam et Fridericum ab Aulack, consiliarios suos, se ad regem
Poloniae internuntios suos mittere significat ipsisque mandasse, ut eas
quoque nomine suo salutent et negotia quaedam eis referant; rogat, ut eos
clementer audiant et dicentibus fidem habeant.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5321.

S.l., 25.X.1561.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Wolski, R.P. incisori,
Christophorum Jonam et Fridericum ab Aulack in mandatis habere nuntiat,
ut nomine suo ei quaedam referant; rogat, ut eos audiat et loquentibus
fidem adhibeat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5322.

S.l., 25.X.1561.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

nuntiat se a Bartholomeo Horing, cive Vratislaviensi, rogatum esse, ne negotium Iosachimi a Pelcken, civis Gedanensis, qui illi aliquot milia aureorum debet, 2.X. ei commendatum, promoveret; utriusque gratificari cupiens, rogat, ut Kunheim in hac causa cum consiliario suo, doctore Christophoro Jona, consilia ineat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5323.

S.l., 1.XI.1561.

Albertus dux in Prussia

*Stanislae Skaszewski, capitaneo Jurborgensi,
se petitioni eius, a commissariis suis ad accipientam possessionem hypothe-
cariam praefectureae Jurborgensis missis sibi relatae, pro hac vice satisfa-
cere non posse scribit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5324.

S.l., 6.XI.1561.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
ad litteras eius de dictionario Latino-Polonico, ab eius secretario Ioanne Ma-
czyński compilato, respondet et scribit causas, cur privilegium (a rege iam
concessum) de eodem opere in ditionibus suis ab aliis typographis non
recudendo eidem Mączyński concedere non possit (utpote «a dilectione et
charitate proximi ... alienissimum»).*

Cfr. El. XLI, N. 1815.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Lectis Illustratis Vestrae literis de privilegio pro Maletii¹⁾ Dictionario impetrando intelleximus, quid obstiterit, quod nostrae intercessioni et Maletii precibus satisfieri non potuerit. In quo, siquidem ita accidit, acquiescendum nobis est. Quod vero ad Dictionarium, ab Illustratis Vestrae secretario²⁾ concinnatum, privilegiumque de non recudendo eo attinet, in eo sane, sicut rebus aliis in omnibus possibilibus, libenter postulatis Vestrae Illustratis gratificaremur, nisi nobis in Illustratis Vestrae et ipsius quoque Mączinski sententiam per omnia descendere religio esse videretur. Etsi enim editionem eius operis non improbamus neque prohibemus, tamen multorum iudicio privilegium tale in perpetuum

et aeviternis temporibus de non recudendo eo a dilectione et charitate proximi, ut cum venia hoc dicamus, alienissimum esse dicere quis posset. Prudenter enim Illustritas Vestra intelligit pietatis esse, ut qui ecclesiis inseruire, bonas artes provehere, de iuventute optime mereri, sibi vero nominis celebritatem aliquam comparare student, illud imprimis pensi habeant, ne plus privatis paucorum compendiis quam utilitati publicae et plurimorum commodo tribuat. Cum itaque communibus omnium literatorum studiis, ut taceamus alios, opus Dictionarii per se evulgatione dignum et utilissimum sit futurum, non melius laborem suum secretarius Illustritatis Vestrae posuisse videbitur, quam si longe lateque spargi illud et manibus multorum innotescere patietur. Quo enim operis illius editio pluribus Orbis Christiani oris inclarescit et quo crebrior illius evulgatio fuerit, et nominis existimatio et laboris dignitas authori futura est excellentior, quam manipulo quasi coarctaretur, si ex contractu inito et numero exemplariorum quingentis tantum hominibus labor hic in usu, aliis autem triste illius desiderium esse deberet.

Quamobrem amice ac fraterne Illustritatem Vestram oratam habemus, ut secretario suo suasor et hortator esse velit, ne perpetuitatis seu aeviternitatis privilegio saepsto instar claudi suam operam patiatur, sed Orbi Christiano communicet et privilegium de non recudendo in certum aliquem annorum decursum ita moderetur, ut christiana dilectioni et commodo publico inservere illum omnes iudicent. Hoc si fecerit ac plura etiam exemplaria quam quingenta excudi curaverit, nos quoque de non recudendo eodem Dictionario suo sub iurisdictione nostra ad certum annorum spatium clementer, propter Illustritatis Vestrae intercessionem, gratificabimus. Sin minus, amanter et fraterne Illustritas Vestra reputet grave durumque nobis esse contractum, cum typographo nostro et Maletio, nobis prius non requisitis, initum, per omnia approbare atque ei rei assensum et calculum nostrum praebere, quae iuri et libertati nostrae ac posterorum nostrorum derogare et quasi frena iurisdictioni nostrae incire videtur. Siquidem in eum finem prelum hic typographicum non parvis sumptibus instauravimus, privilegio etiam peculiari a nobis donatum, ut quicumque libri Ecclesiae, Reipublicae et bonis literis utiles censerentur, iussu et approbatione nostra accidente, libere in publicum exeant, cudantur recudanturque, quando et quoties nobis visum fuerit, exemplariorum etiam numero placito nostro sine lege aliqua reservato.

Ceterum, quandoquidem intelligimus Dictionarium subditi nostri Maletii Polonico-Latinum, sub munificentia nostra ab ipso collectum ac iam pridem nobis dicatum, adiici debere Dictionario secretarii Illustritatis Vestrae, aequitatis esse videtur, ut, privilegio regio de non recudendo scilicet perpetuis temporibus exemptum, libertate sua peculiari gaudeat. Atque haec Vestrae Illustritati ad literas illius de mense Iunio ad nos scriptas, iam primum autem nobis redditas, respondenda esse duximus, quae ne secus haec quam pio a nobis animo profecta accipiat, amanter fraterneque petimus, siquidem pro suo de Republica bene merendi studio addictissimo pie intelligit publica privatis anteponenda et praferenda esse. Ad quem scopum cum Illustritatem Vestram omni conatu suo contendere constet, veniam nobis daturam esse confidimus, quod ad postulata illius, quae alias magnum apud nos pondus habent, ex causis nostro iudicio gravibus aliter, quam consuevimus, respondemus. Veterem autem illi officiorum nostrorum

promptitudinem integrum ac solidam esse in omnibus possibilibus Illustritas Vestra omnino ut sibi persuadeat, petimus. Quod superest, Illustritatem Vestram rectissime valere et rerum omnium felicitate exuberare optamus.

Commissio Principis propria
Idem audivit

In folio separato: Duci in Olika, 6 Novembris.

- 1) Hieronymus Malecki una cum Joanne Radomski dictionarium Latino-Germanico-Polonicum edere in animo habuit.
- 2) Ioannes Mączyński.

N. 5325.

S.l., 12.XI.1561.

Albertus dux in Prussia
Stanislao Skaszewski, capitaneo Jurborgensi,
certiore eum facit se ante paucos dies ad petitionem eius, a commissariis
suis sibi relatam, iam respondisse (cfr. N. 5323).

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5326.

E Regio Monte, 23.XI.1561.

Albertus dux in Prussia
«praefectis theloni Regiae Camerae in Caminsky»
rogat, ut equos servitorum suorum, qui fratri suo Gulielmo, archiepiscopo
Rigensi, pannos advexerant, ab ipsis detentos, capitaneo suo Ragnetensi
restituendos curent.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5327.

S.l., 27.XI.1561.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
rectissime factum esse arbitratur, quod rex subditos suos ferarum iaculatores
et mellis fures, in silvis regiis comprehensos, suspendio puniri iusserit;
queritur vicissim de subditis regiis, Ducatui suo vicinioribus, qui catervatim in silvis suis non solum feras insectantur, sed etiam eos, qui rapinam
illorum prohibere contendunt, interficiunt.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5328.

S.l., 27.XI.1561.

Albertus dux in Prussia

Petro Myszkowski et, mutatis mutandis, episcopo Cracoviensi [Philippo Pad-niewski]

petit commissionem regiam ad controversiam finium tandem terminandam.

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1832.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5329.

S.l., 29.XI.1561.

Albertus dux in Prussia

Achatio Czema iuniori

effigiem reginae, ducissae Megapolensi, filiae suaे, mittendam, sibi allatam esse nuntiat, se tamen illam filiae suaे nondum misisse, cum ipse etiam eiusmodi imaginem habere cupiat et speret eam sibi mox missum iri; propterea Czema de hac mora apud ducissam excusatum iri; equum Ragnetae alendum ei tenere permittit.

Ostrpr. Fol., vol. 46.

An Achatium Czemen den jungern, den 29 Novembbris 61.

Wir haben euer schreiben, zur Willd den 12 Novembbris datirt, bekommen und daraus verstanden, welchermassen ir euch eures distlichen gemuts gegen uns erkleret in deme, das ir uns gerne vil zeitungen zugeschrieben hettet, aber der mangel an deme, das nichts besonders verhanden, und doch gleichwol uns etwas zugeschickt. Dafur wir euch mit besondern gnaden danckbar, dann uns daran zu gnedigem gefallen geschehen. Da wir euch hinwider gnedigen willen erzeigen konnen, wollen wir es jederzeit zu beweisen nicht nachlassen.

Sovil die contrafect unserer gnedigen frauen, der konigin¹⁾, welche unserer geliebten tochter, der hertzogin zu Meckelburg²⁾, zugeschickt solle werden, belangendt, ist nicht ohne, das uns solche zugestellet worden. Wir haben solchs irer l. zugeschrieben und bisher immer gehofft, das wir noch eine dergleichen contrafect, welche wir fur uns zu behalten, gegebener vertröstung nach, bekommen solten, derhalben wir solche noch nicht furtgeschickt. Weil wir dann sonderlich begir und verlangen darnach haben, so ist nochmals unser gnediges begeren, das wir solche contrafect zu unserer ergetzlichkeit bekommen mögen. Ir aber sollet fur eure person des langen verzugs halben bey der hertzogin zu Meckelburg gnugsam entschuldigt sein.

Als ir uns anlangen lassen, das wir euch etliche wallachen zu Ragnit im futter halten wollen, solchs wollen wir in gnaden gerne thun, und mögert sie nach eurer gelegenheit dahin schicken. Dann euch gnedigen willen zu erzeigen seint wir geneigt etc.

Relatio Secretarii

C[onstantinus] Silvius

1) Catharina.

2) Anna Sophia, filia ducis Alberti, uxor Ioannis Alberti ducis Megapolensis.

S.l., 9.XII.1561.

*Albertus dux in Prussia
Petro Paulo Vergerio*

pro benevolentia erga filios consiliarii sui Casparis a Nostitz promissa, pro communicata sibi de Concilio Tridentino eius sententia et aliis novis gratias agit; de tranquillitate in Germania in causa religionis gaudet; pro libro uxori suae inscripto et in filium suum animo propenso gratias agit; Deum orandum esse scribit, ut dissidentes in Gallia (de articulo Cenae Dominicæ) «ad unanimem professionem et intellectum verbi sui perducat»; addit denique ad se «in harum data» relatum esse de concordia in Gallia in articulo Cenae Dominicæ facta.

Conc., H B A, B, K. 1182.

Albertus etc.

Reverende ac Eximie, Amice nobis singulariter dilecente.

Quod Reverenda Dominatio Vestra responsoriis suis ad nos literis pollicetur se commendatos sibi habituram filios consiliarii nostri Nostiti¹⁾, simulque de colloquio, quod in Gallia celebratur, ad nos luculenter scribit, ac quae sit Reverendae Dominationis Vestrae sententia de Concilio Tridentino, quidque ipsa de adeundo eo constituerit, pro iis omnibus Reverendae Dominationi Vestrae summas agimus gratias. Faxit aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi, ut consilia ea, quae ad propagandam illius gloriam et puritatem doctrinae provehendam suscipiuntur, Ecclesiae salutaria sint, ea vero, quae ad suppressoram delendam eam tendunt, frangat ipse irritaque reddat. Deinde eundem aeternum Deum votis ardentibus imploramus, ut spiritum Reverendae Dominationis Vestrae et pium illius pro veritatis luce conservanda zelum illi paterne adaugeat confirmetque, ut in Domini vinea multarum animarum in seros adhuc annos plantator esse possit. Quam rem ut Reverenda Dominatio Vestra feliciter assistente Deo auspicata est, ita providente illo sine dubio propere conficiet. Eritque ipse cum Reverenda Dominatione Vestra cum angelis suis comitibus in finem usque.

Quod in Germania res omnes sunt paratae, auditu nobis est iucundum. Utinam in multa tempora tranquillitate ea cum ecclesiarum salute gaudeat.

Pro libro Illustri Dominae coniugi nostrae²⁾ inscripto, et quod Reverenda Domatio Vestra commendari Illustritati illius cupit filiumque nostrum³⁾ tam ardenter diligit, gratias agimus Reverendae Dominationi Vestrae quas par est maximas. Fuit studium hoc Reverendae Dominationis Vestrae charissimae coniugi nostrae gratum, quae et resalutari et orationibus Reverendae Dominationis Vestrae se commendari maiorem in modum petuit. Quod vero Reverenda Domatio Vestra tantopere filii nostri amore flagrat, ut sub protectione illius quiescere et mori etiam in Prussia velit, illud ut ex abundantia singulari propensionis in nos atque Illustritatem Suam profici sci nullum nobis dubium est, ita non grata modo, sed acceptissima nobis esset Reverendae Dominationis Vestrae praesentia, si ita rationum illius conditio ferret. Quicquid enim gratiae et benevolentiae in Reverendam Dominationem Vestram, quoad nobis vita supererit, conferre poterimus, in eo de vetere nostro erga illam affectu non dubitet. Filio autem nostro hortator et informator erimus, ut vestigia nostra sequatur charamque non minus, atque a nobis nunc fit, Reverendam Dominationem Vestram habeat.

Quod ad suspicionem de difficultate propter articulum Cenae Dominicæ in Gallia attinet, nollemus sane eam controversiam pessundare Ecclesiae istic coepitæ aedificationem. Orandum autem est Deus, ut spiritu sancto suo dissidentes ad unanimem professionem et intellectum verbi sui perducat. Ad quod nostro iudicio nihil sane magis appositum esset, quam si instar infantum planis et simplicibus Christi verbis audientes essemus atque iis in rebus, quae naturae nostræ corruptæ captum excedunt, rationem nostram captivam duceremus, siquidem ea, quae supra nos sunt, fide et non sensibus nostris carnalibus sunt apprehendenda vel enucleanda.

Celare autem Reverendam Dominationem Vestram nolumus nos in harum data literas accepisse, quibus ad nos scribitur factam esse in Gallia concordiam in articulo Cenae Dominicæ. Quae si sic se habet, uti ad nos perfertur, non videtur usque adeo improbanda esse, optamusque, ut faustum hoc et felix sit Ecclesiae Christi. Amanter autem petimus, ut Reverenda Dominatio Vestra iis de rebus per omnem opportunitatem ad nos literas dare ne gravetur. Atque haec Reverendæ Dominationi Vestrae, cui longam incolumentem et fausta a Domino Deo omnia exoptamus, rescribenda esse duximus petimusque amanter, ut suis in orationibus et votis ad Deum nostris quoque subinde memor esse non intermittat. Datae.

In folio separato: Vergerio, 9 Decembris anno etc. 61.

- 1) *Caspar a Nostitz.*
- 2) *Anna Maria.*
- 3) *Albertus Fridericus.*

N. 5331.

S.l., 24.XII.1561.

*Albertus dux in Prussia
Iusto Ludovico Decio
pro studio et benevolentia consiliario suo Christophoro Jonae in negotiis suis
promovendis Vilnae exhibita gratias agit; rogit, ut de valetudine regis se
certiore reddit et nomina senatorum, qui una cum rege Lomzae Comitia
celebrant, sibi perscribat.*

(Latine)

Cfr. El. L, N. 590.

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5332.

E Regio Monte, 29.XII.1561.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
iterum pro Christophoro Storm (vel Sturm), cive Gedanensi, fratris sui occiso-
rem persequente, qui «non modo salvi conductus literas per falsam alle-
gationem cuiusdam plebisci Dantiscani impetraverat, sed etiam
absolutionem a proscriptione contra omnia iura, invito et repugnante*

accusatore obtinuerat», *intercedit et petit, ne rex* «tam nefarium facinus tamque petulantem et voluntariam caedem inultam patiatur, sed sceleratum homicidam Georgium Scultetum legitimis poenis iudicii Gedanensis subiiciendum mandet».

(*Latine*)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5333.

S.l., 29.XII.1561.

Albertus dux in Prussia

Catharinæ reginae Poloniae

Christophorum Storm (vel Sturm), civem Gedanensem, commendat et petit, ut pro eo ad regem operam suam interponat, quo ei de fratris occisore, Georgio Sculteto (Schultz), iustitia administretur.

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5334.

S.l., 29.XII.1561.

Albertus dux in Prussia

R.P. vicecancellario [Philippo Padniewski] et, mutatis mutandis, Petro Myszkowski

pro Christophoro Storm, cive Gedanensi, fratris occisorem Georgium, Scultetum, persequeente (cfr. N. praeced.).

(*Latine*)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5335.

S.l., 31.XII.1561.

Albertus dux in Prussia

Petro Oborski, capitaneo Birzensi,

sollicititudinem eius de valetudine sua sibi gratam esse scribit; pro equo filio suo misso gratias agit.

(*Latine*)

Conc., H B A, B, K. 1182.

N. 5336.

S.l., s.d., 1561.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de compositione controversiae inter Ioannem et Stanislaum Kostka ex una et subditum quendam suum districtus Risenburgensis ex altera partibus, a Ioanne Kostka, advocate Marienburgensi, impedita queritur.

(*Latine*)

Cfr. El. XXXI, NN. 827, 833.

Conc., H B A, B, K. 1182.

1562

N. 5337.

S.l., 4.I.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Friderico a Kanitz, consiliario suo, ad iudicium consistorii Vitembergen-sis se conferre coacto, intercedit et rogat, ut ei litteras salvi conductus concedere velit.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Generosus Fridericus a Kanitz, consiliarius meus, submisso mihi retulit se in aetate minorenni, et cum sub cura consanguineorum suorum adhuc fuisse, inscia matre inconsultisque curatoribus, cum doctoris cuiusdam Lipsensis filia clandestina sponsalia contraxisse. Quibus cum mater et curatores re cognita contradicere coepissent, ipse quoque Fridericus se per aetatem lapsum, neque in eo, quod contra matris et curatoriam autoritatem delinquisset, obligari posse contendisset, causam eam ad iudicium consistorii Witenbergensis deductam fuisse. Ibique se, non attentis exceptionibus a matre et curatoribus omni debito iuris modo et forma in actis diserte allegatis, per definitivam sententiam, ut virginem, cui clam (licet minorenne et sub cura existens) fidem dedisset, uxorem duceret, condemnatum fuisse. Cui sententiae cum non suo tantum, sed iuris prudentissimum iudicio obsequi renuisset, factum esset, ut in patria tuto versari non potuisset, ideoque in has sibi terras migrandum et Illustrissimorum quorundam Principum salvi conductus literae illi petendae fuissent.

Quia vero is consiliarium nunc meum agit, maiorem in modum a me petuit, ut a S. quoque Regia Vestra Maiestate literas publicae fidei seu securitatis illi impetrarem. Cuius precibus clementer annuendum esse duxi. Officiose itaque ac enixe peto, dignetur S. Regia Vestra Maiestas Friderico praedicto in sponsalitio hoc negotio salvi conductus literas clementer concedere in eam sane formam, quam S. Regiae Vestrae Maiestati illius secretarius Matthias Strubitz exhibebit atque prolixius ex Canitii informatione totius negotii statum S. Regiae Vestrae Maiestati explicabit. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem quovis obsequii genere mihi studiosissime compensandam. Neque dubito, quin consiliarius meus praedictus se pro hoc regio beneficio in ipsum clementer collato gratum memoremque sit exhibitus. Quod reliquum est, S. Regiam Vestram Maiestatem felicissime valere exopto. Datae.

Princeps audivit

In folio separato: Regi Poloniae pro Friderico Canitio, 4 Ianuarii.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

nuntiat se propter aerarii sui angustiam petitioni regiae de quadam pecuniae summa in oppignorationem praefectureae Polangensis mutuo danda nunc satisfacere non posse; negotium terminandorum limitum ei commendat; quo negotio ex sententia confecto, nulli labore vel incommodo suo se parsurum promittit, ut summam pecuniae a rege in oppignorationem Polangenensem postulatam colligat et petitioni regiae morem gerat.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Quae Illustritas Vestra de oppignoratione praefectureae Polangensis ad nos perscripsit, probe intelleximus. Ac meminimus quidem Magnificum Palatinum Marienburgensem¹⁾ egisse nobiscum de mutuo in eandem praefectorum numerando. Cui in hanc sententiam respondimus, quod ad quaevis S. Regiae Maiestatis obsequia obligatos esse nos agnosceremus, nihilque antiquius aut prius nobis esse, quam studia nostra, licet exigua, pro fide nostra debita illius Maiestati contestata reddere. Sed cum non modo aerarium nostrum exhaustum esset, nosque in gratiam S. Regiae Maiestatis sub oppignoratione praefectorumarum nostrarum magnum aes alienum contraxissemus, non videre nos, quo pacto S. Regiae Maiestatis postulatis commode satisfieri a nobis posset. Voluntatem quidem, sicut illam pro qualicunque levitate nostra declarassemus, in nobis esse paratissimam, sed maiore facultate nos destitui. Ut autem S. Regia Maiestas illi non defuturos esse nos etiam in extremis angustiis nostris intelligeret, velle nos pro vetere illa in S. Regiam Suam Maiestatem observantia nostra nihil intentatum relinquere, si conquirere aliunde pecuniam possemus, quam mutuare in oppignorationem praefectureae Polangensis S. Regiae Maiestati ea conditione vellemus, si secundum contractus et pactorum formam molestia ea, quae de finibus Lithuaniae est, prius liberaretur et controversia ea primo quoque tempore determinaretur.

Qua in re cum nihil iniqui petere nos existimaremus, sperare nos S. Regiam Maiestatem precibus nostris non difficulter assensuram esse, praeципue cum divus S. Regiae Maiestatis Suae parens et ipsa quoque moderna Maiestas Regia eorundem limitum determinationem crebris suis literis et responsis nobis promisisset, ut taceremus clementissimam pollicitationem huius Regiae Maiestatis Vilnae nobis factam, qua donaturam se nobis animo liberalissimo, quicquid esset ex controversis limitum particulis ad Suae Maiestatis et nostram cognitionem a commissariis reiectum, verbo regio recepisset. Quos sermones nostros ut S. Regiae Maiestati vel Illustrati Vestrae iam pridem literis praedicti Domini Palatini innotuisse putavimus, ita ex toto eo tempore responsum praestolati ad eosdem sumus. Quia vero plurimis hactenus documentis Illustritas Vestra pro amica et fraterna, quae nobis cum illa intercedit, coniunctione singulare suum bene de nobis filioque nostro merendi studium comprobavit, amanter ac fraterne Illustritatem Vestram rogatam habemus, ut nostra filiique nostri commoda porro provehere ne intermittat, iuvetque autoritate sua, qua et potest et valet plurimum, ut secundum veterum pactorum disertissima verba non modo illud, quod de iure nostro Ducatui competit, limitibus eiusdem

assignetur, verum etiam particulae tandem istae, nobis a S. Maiestate Regia promissae, possessioni nostrae si non de iure, attamen ex gratiosa S. Regiae Maiestatis collatione adiificantur. Quas si non omnes praecise, certe magna ex parte ad nos pertinere verba pactorum ostendunt.

Hac in re si Illustritas Vestra nobis operam suam fraternalm, uti minime dubitamus, non gravatim commodaverit, existimet se senio nostro et pueritiae filii nostri rem tam gratam praestitissem, qua in hac vita vix gratior ulla utrisque nobis contingere posset, nosque in demerendo eo, quoad spiritus vitalis nobis supererit, erga Illustritatem Vestram de amico et fraterno studio nostro nihil remissuros esse. Optato autem hoc et bono exhilarati nuntio, nulli parcentes labori vel incommodo nostro, usuris etiam quantumvis intollerabilibus in nos receptis, summam pecuniariam in praefecturam Polangensem numeraturi sumus ita, ut dimidia eius summa pars ad festum Purificationis Mariae proximum²⁾, altera ad Paschae festa in promptu sit. Quod vero ad quantitatem summae pro impignoratione ea attinet, illam ad redditus Polangensis praefecture et interesse annum collatam, viginti quinque florenorum milia non excedere debere ex Domino Palatino Marienburgensi cognovimus.

Habet Illustritas Vestra hoc in negotio animi nostri sententiam. Quam ut minime improbataram esse illam confidimus, ita amanter fraterneque petimus, ut quae sit S. Regiae Maiestatis ad eam mens, nobis cum hoc tabellione describere non gravetur. Quo de conditionibus oppignorationis Illustritas Vestra minime sollicitos esse nos iubet, facile iustis aequisque S. Regiae Maiestatis postulatis acquiescemos. Non enim passuram esse Illustritatem Vestram speramus, ut eiusmodi involvantur disceptationibus, quae sub traditione Jurborgensi emerserunt. Cuius oppignorationis cautionem cum per oratores nostros proxime Vilna ad nos reversos Illustritas Vestra missuram se nobis pollicita sit, dignetur Illustritas Vestra hac quoque in re nostri memor esse. Ac commodis praeterea omnibus nostris filiique nostri succrescentis rationibus favere, sicut hactenus fecit semper, ut ne intermitat, summis et quam possumus precibus maioribus rogatam illam atque obtestamat volumus. Nos, migrationi ex hac vita proximi, ut pro dignitate compensare Illustritatis Vestrae merita non possumus, ita preces ad Deum pro remunerandis iis fundere non cessabimus erimusque filio nostro hortator et informator, ut is, si vitam illi Deus largiretur, officiis suis erga Illustritatem Vestram totamque illius familiam pro summa virili sua illud, quod nobis nunc deest, siquidem supplere vix poterit, ad supplendum tamen animum adiiciat. Aeternus Pater Illustritatem Vestram diu servet incolumem addatque illi in longa tempora et corporis et animi robur. Datae.

In folio separato: Duci in Olika, XV Ianuarii.

1) Achatius Czema.

2) 2.II.

N. 5339.

S.l., 15.I.1562.

Albertus dux in Prussia

Ioanni a Watten, civi Cracoviensi,

pro 230 aureis Polonicis servitori suo Georgio Horck, ad emenda vina Hungarica misso, datis gratias agit et nuntiat se eiusmodi summam ipsi restituendam apud Conradum Hauer Gedani deponendam curasse; rogat, ut eidem servitori suo, iterum pro emendis viniis profectio, 350 taleros suppeditare velit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5340.

S.l., 17.I.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de obstaculis in flumine Pissa; de exactione et contributione in districtu Jurborgensi colligenda.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5341.

E Regio Monte, 17.I.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Paulo Scalichio (cfr. N. 5349.).

(Latine)

Cfr. El. XXXI, NN. 828, 830.

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5342.

S.l., 17.I.1562.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

de negotio oppignorationis praefecturae Jurborgensis; de audacia magistri Ioannis Collerii; de regis Vilnam redditu; de ipsius [Nicolai Radziwitt] in Livoniam profectione; de despota Iacobo Heraclide Basilico tota Valachia [recte: Moldavia] potito.

Cfr. El. XLI, N. 1833.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Paulo ante quam hic Illustritatis Vestrae servitor nos accederet, literas ad Illustritatem Vestram dedimus. In quibus inter cetera oppignorationis Jurborgensis diploma nobis mitti petivimus. Quia vero Illustritas Vestra missione illius iam nobis gratificata est, gratias Illustritati Vestrae summas habemus, quod sponte sua pro vetere in nos amore suo nostri benignam suscipere curam non intermisit, petimusque fraterne et amanter, ut ne aegrius ferat submonitionem nostram, eo nomine in literis nostris faciam.

Quod ad temerariam Magistri Collerii¹⁾ audaciam attinet, rem nobis gratam Illustritas Vestra paestitit, quod statum totius negotii luculenter ad nos perscribere dignata est. Quod vero Illustritas Vestra praestolari se mandatum a S. Regia Maiestate scribit, quid cum arce Cremonensi Maiestas Sua factum velit, cuperemus sane propter rei indignitatem doloremque animi et acerbatem, Reverendissimo fratri nostro²⁾ inde exortam, eidem fratri nostro suoque Coadiutori³⁾ arcem illam cum suppellectili,

victualibus reliquisque rebus omnibus tempore occupationis in ea contentis restitui. Qua in re procuranda ut de studio et benevolentia Illustritatis Vestrae erga fratrem nostrum nihil dubitamus, ita amanter fraterneque illam oramus, ut suffragio et calculo suo restitutionem eam iuvare dignetur.

Reditum S. Regiae Maiestatis Vilnam et profectionem Illustritatis Vestrae in Livoniam faustum et felicissimam esse optamus, utque ea Illustritatis Vestrae profectio et de hostilibus impressionibus vigilantia miserae et afflictissimae provinciae saluti cedat et terris quoque S. Regiae Maiestatis omnibus propugnaculo, Illustritati autem Vestrae omni ex parte honorifica sit.

De oppignoratione praefecture Polangensis mentem Illustritas Vestra nostram ex literis nostris his praecedentibus intellectura est.

Despotam Heraclidem Basilicum potitum esse tota Wallachia cum admiratione audivimus. Deus, qui pro sua providentia imperia disponit, mutat et transponit, faxit, ut haec nova provinciae illius administratio ad propagandam nominis sui gloriam, terris autem illis et vicinioribus etiam tranquilla et salutaris sit. Quod reliquum est, Illustritatem Vestram rectissime valere exoptamus. Datae.

In folio separato: Duci in Olika, XVII Januarii.

- 1) *Ioannes Collerius, notarius capituli Rigensis.* 3) *Christophorus dux Megapolensis, coadiutor Rigensis.*
2) *Gulielmus, archiepiscopus Rigensis.*

N. 5343.

S.l., 17.I.1562.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
pro novitatibus secum communicatis, praesertim de conventu Lomzensi et
proceribus illic praesentibus, gratias agit; Comitis Regni post Pascha
Petricoviae celebrandis felicem successum precatur; de Demetrii Wiśniewiecki ad Moscum defectione miratur; sperat ex despotae Sami conatu
[qui palatino Alexandro expulso Moldavia potitus est] Regno Poloniae
nihil mali profecturum esse; de Bernardi Pohibel absentia dolet.

Cfr. El. XLIII, N. 232.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Gabriel Therla, den 17 Januarii 62 etc.

Wir haben euer schreiben, zur Wille am tage Trium Regum ausgangen, bekommen, inhalts, denen wir zu widerholen unnötig achten, lengicht eingehommen. Nun thun wir uns anfenglichen gegen eur person wegen erofenung aller gelegenheit in gnaden bedancken. Und haben danebenst ungerne, doch mitleidlich gehört, das euch der liebe Gott ein weilzeit dermassen mit leibsschwachheit vatterlichen heimgesucht. Wollen aber zu seiner allmacht hoffen, dieselbig euch nuhmer zu volkommener voriger gesundtheit (weil es sich allgereit zur besserung, des wir erfreulich vernohmen, angelassen) verholfen haben werde.

Der mitteilung, wess zur Lombs fur herschaften ankommen gewesen, thun wir uns bedanken. Wunschen und bitten von dem lieben Gott, das solch furhaben, sonderlichen aber die neue angestelte zusammenkunft gegen Peterkau nicht allein den bedruckten landen Eyfflandt, sondern auch der loblichen Chron und allen benachbarten zu guter ruhe, fride und einigkeit kommen und vornemlichen zu Gottes lob und erbreiterung seines heiligen einigseligmachenden worts und nahmens gereichen und nicht etwa der verzug zu lange oder schedlich gefallen möge.

Von des Wischnewetzki¹⁾ geschwinden unvorseenen abfahl ist sich billich zu verwundern, und wollen eurer fernern erklerung derer ursachen gewertig sein. Weil aber ire ko.mt. sovil verwarnungen nuhmer augenscheinlich haben, werden sy sich hinfurder vor solchen und dergleichen leuthen wol vorzusehen und zu hutten wissen.

Des despoten²⁾ vernehmen ruhet in sich und wirt die zeit geben, wess sich diser handlung halben zu vermuten. Wir bitten aber den lieben Gott, das er nurn der loblichen Chron zu Poln oder andern benachbarten nicht etwa zu unheil gereiche etc.

Das sich Pohubel³⁾ bei euch so ein lange zeit nicht eingestelt, ist uns gantz unlieb, ehr ist auch bey uns alhier nicht, sonder wie wir berichtet, solle er sich droben uff seinem gute uffhalten, und haben derhalben itzo zugleich ahn inen schreiben und zum einkheren vormahnien lassen, versehentlich ehr demselbenforderlichst nachsetzen werde.

Welches alles wir euch (nebenst weiter zuentbietung von dem Allmechtigen nicht einst, sonder viler nacheinander gluckseliger erfolgender neuer jhare) uff eur schreiben in antwort gnedigst nicht bergen wollen. Datum.

Relatio Secretarii
A. Thoms

1) Demetrius Wiśniowiecki († 1563), qui a.1561
Ioanni IV Basilidi, magno duci Moscoviae,
serviebat.

2) Iacobus Heraclides Basilicus.

3) Bernardus Pohibel, secretarius Gabrielis Tarlo.

N. 5344.

S.l., 17.I.1562.

*Albertus dux in Prussia
Erhardo a Kunheim*

*litteras eius, 6.I. Vilna datas, sibi allatas esse significat et pro novitatibus,
praesertim ad negotium Finlandiense (matrimoniale sororum regis) spec-
tantibus, gratias agit; gratum sibi cognitu fuisse munera virginibus Ger-
manicis («den deutschen jungfrauen») aulae reginalis a se missa
eisdem tradita esse; ei et omnibus aulicis reginae («dem loblichen frauenzimmer») felicem annum novum exoptat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

S.l., 18.I.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*nuntiat de Moscovitarum in Livoniam suscepta expeditione, qui Plescovia iam
egressi esse et iter Rigam versus moliri dicuntur, et regem hortatur, ut
omni cunctatione seposita afflictae provinciae auxilia ferat eamque
defendat.*

Cfr. El. XXXI, N. 820.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

S. Regiam Vestram Maiestatem celare non possum allatum esse ad me, tam ab aliis quam etiam ab Illustrissimo ac Reverendissimo Principe Guielhelmo, Archiepiscopo Rigensi etc., fratre meo charissimo, cum has scribere iussissem literas, triste nuntium de suscepta iterum crudelissimi hostis Moschi in Livoniam valida expeditione, et quidem maiore, quam unquam ab ipso antea factum constet. Pro certo enim affirmatur ipsum paucos ante dies Plescovia cum ingentibus copiis egressum, ac iis coniunctis, quas in episcopatu Darpetensi circumcirca coactas habet, recta iter suum Rigam versus moliri, ibi Rigensium animos vi armisque pertentatum esse. Certam vero copiarum partem ad pervastandam Curonię atque hinc re feliciter gesta Rositen ditionesque adiacentes emissurum. Tametsi ego S. Regiam Maiestatem Vestram ad huius immanissimi praepotentisque hostis conatus invertendos vigilantem et industriam esse scio, duxi tamen officii mei aliquo modo esse S. Regiam Maiestatem Vestram ea de re submonendam certiorandamque esse, officiosissime ac maiorem in modum petens, S. Regia Vestra Maiestas velit meo etiam officiosissimo conatu, quae pro sua regia vigilancia in rem tantam procul dubio factura est, omni cunctatione posthabita rationes eas inire, quo Livoniensium provincia adversus immanissimum hostem viribus illi minime inferioribus, tam ex subiectionis quam protectorio iure, defendatur atque Illustrissimorum ac Reverendissimorum Principum ceterorumque statuum in Livonia ratio habeatur. Nec dubito, quin S. Regia Vestras Maiestas pro innata sua regia prudentia facilime perspiciat, si superbus hostis Rigam expugnando vicit (quod Deus clementer avertere dignetur) evasurus sit, ipsum nequaquam porro conquieturum, verum inhiando reliquis provinciae praefecturis nihil reliqui facturum, quin ipsis quoque potiatur. Quem tandem vicinum S. Regia Vestra Maiestas ex hac etiam parte habitura est, facile conjectare licet. Fecerit itaque procul dubio S. Regia Vestra Maiestas rem regia virtute dignam, tum a iure fideique protectorio^{z)} haud alienam, si in tempore illi occurrentum armisque hostem barbarum retundendum statuerit, quemadmodum id ratio belli ac imminentia gravia pericula omnino exposcere videntur. Hoc S. Regiae Vestrae Maiestati apud christiani nominis Principes maxime gloriosum futurum est, ego vero fideliissimis ac subditis meis studiis id ipsum demererter sedulo annitar. Deus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem Vestram diu felicissimeque cum prosperrimo rerum omnium successu tueatur. Datae etc.

In folio separato: Regi Poloniae. Mutatis mutandis Duci in Olyka, 18 Ianuarii.

1) *Sic in ms.*

N. 5346.

S.l., 19.I.1562.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Mączyński, Nicolai Radziwill «Nigri» secretario,
Paulum Scalichium laudat et commendat (cfr. N. 5349.).*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus etc.

Generose ac Egregie, nobis sincere dilekte.

Cum Generosus Paulus Schalichius, regalis commilito et dominus in Hun
etc., consiliarius nunc noster ac fidelis dilectus, literis nostris commenda-
ticiis ad S. Regiam Maiestatem Poloniae etc., Dominum et consobrinum
nostrum charissimum, necnon ad Illustrum Ducem Olyensem etc.¹⁾, ami-
cum ac fratrem nobis percharum, accederet, facere non potuimus, quin
eundem quoque Schalichium Generositati Vestrae, quam negotiis servito-
ribusque nostris favere minime dubitamus, diligenter commendaremus.
Quoniam autem Generositas Vestra procul dubio tam ex literis ad Illu-
strem Ducem in Olyka etc., Dominum Generositatis Vestrae, datis, quam
ex ipso Schalichio negotium suum penitus intellectura est, libenter hic
longiori narrationi supersedemus. Illud tamen annexendum esse putavi-
mus, miram esse in eo Schalichio ad nobiliores artes et tractandas et iudi-
candas, in quibus ipsum hactenus summa cum laude versatum esse com-
perimus, ingenii felicitatem et dexteritatem. Ingenium namque habere per-
facile atque ad quaevis negotia promptissimum rebusque omnibus accom-
modatissimum multi illustres magnique nominis viri testantur. Deinde
experiencia talis, ut maioribus etiam negotiis ac tractatibus adhibendus
utiliter videatur. Taceamus nunc, quantum in eo et morum et doctrinae
suavis condecoratio, summo viro digna, ex familiari colloquio reniteat.

Haec cum sint, supra originis et familiae sua, ex qua natus est, splendo-
rem, divina plane huius viri dona, quae Generositas Vestra pro sui quoque
ingenii promptitudine facile ex amicio cum ipso conversatione deprehendet
considerabitque, clementer cupimus, ut Generositas Vestra memoratum
Schalichium sua opera, studio et industria singulari iuvare velit, quo post
accuratam insinuationem tam S. Regiae Maiestati quam Illustri Duci Oly-
ensi ceterisque dominis et amicis nostris notior familiariorque illis fiat,
inque rebus suis nostro nomine, quantum fieri potest, ex sententia sua felici-
ter promoveatur. Quod nos erga Generositatem Vestram clementia nostra per
occasione compensabimus. Quam feliciter valere exoptamus. Datae etc.

In folio separato: Ioanni Mączinski, 19 Ianuarii.

1) *Nicolaus Radziwill «Niger».*

N. 5347.

S.l., 20.I.1562.

Albertus dux in Prussia

Catharinae reginae Poloniae

Paulum Scalichium laudat et commendat.

Cfr. El. XXXI, NN. 828, 830.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An die konigin zu Poln etc., den 20 Januarii 62 etc.

E.Ko.Mt. etc. kan ich freundt- und dinstlicher wolmeinung nicht verhalten, das der wolgeborene und edle herr Paulus Schalicher, hörgraf in Hun etc., itzo mein rath und diener, kurtz verbeigewichener zeit mit stadtlichen commendationibus und vorschriften von den hochgeborenen fursten, meinen freuntlichen lieben oheimen, schwagern, sohn und vattern, herrn Cristoffen hertzogen zu Wirttenbergk und Tegk, graven zu Mumpelgarten, sowol als Georg Ernsten und hern Poppen, beiden graven und hern zu Hennebergk etc., auch andern hern und freunden, an mich gelangt. So ich dann, angesehen solche itzt genanter hern und freunde vleissige commendationes und ime gunstige audientz geben, hab ich daraus meiner einfalt nach sovil vermergkt, das ehr in allen berumbten kunsten ein sonder erfarrer hochgelerter und vortrefflicher mensch, auch, wie er mir in geheim und sonderlichen vermeldet, aus dem hochlöblichen und hochgeborener furstlichen stamme der marggraven und fursten von Beren und Hun etc., daraus dann zum theil die marggraven zu Brandenburgk, meine seliger hochloblicher gedechnuss uhrreltern, zum theil ire ankonft gewonnen, geborn. Sein vatter aber seliger wehr von diser zergengklichen welt in seinen jungen jaren, ehe er auch seine volle mundige jare erreicht und seiner herschaft und guter hubschaft worden, abgescheiden. Derwegen ehr dann daselbst sich der possession seiner natturlichen anererbten guter und gerechtigkeit nicht underfahen, sondern vilmehr als ein infans verlassen müssen, wie solchs alles E.Ko.Mt. aus beyligendem seinem ausgangenen buchlein seiner genealogiz^z) und herkommens, sowol auch seinem mundtlichen bericht ferner gnedig vernemen werden.

Die ro.key.mt. aber, E.Ko.Mt. geliebter herr und vatter, mein auch allergnedigster keyser und herr¹⁾, hetten aus sonderer gnedigen zuneigung inen hernachmals in gnedigsten schutz und vormundtschaft vor derselben zugethenon mundlein mit gnaden auf- und angenohmen und nicht alleine in seinen jungen jaren gehalten und auferziehen lassen, besondern auch in berumbten universiteteten, damit er sein ingenium und jugent mit freyen kunsten excoliren, etwas lernen und sehen möge, ime gnedigsten under- und uffenthalt gegeben. Und nachdem er etwas zu jaren kommen, widderumb von irer key.mt. aus der universitet abgefördert und in derselben hochloblichen geistlichen diensten gebraucht, und nicht wenig gnedigste erzeigungen von irer key.mt. ime (die ehr dann hoch ruhmet) bewisen worden.

Do er aber seine volkommene jhar erreicht, habe ire key.mt. ehr underthenigist und zum bitlichsten ersucht, dieselbe wolten ime gnedigst verholfen sein, damit er seine vächterliche erbschaft und verlassene herschaften als der natturliche erbe derselben vendiciren und an sich bringen möchte. Und es also ferne bracht, das er vermöge des gnedigsten irer key.mt. ime gegebenen keyserlichen diplomat in hoffnung gestanden, es solte ime dieselp angeborne erb- und herschaften ohne weitleuftigere beschwer und ansuchen widderumb eingereumet und gevollgt sein werden. Habe aber uff vil und manichfaltiges, auch underthenigstes sein bitten und anhalten, nicht alleint nichts erhalten können, besondern auch, weil er sich des anhaltens etwas bey irer key.mt. zum theil übermessigt und neben deme vom bapstumb abgetreten, soll ehr in hochste irer key.mt. ungnade gefallen und gerathen sein. Derwegen ehr dann itzo elendiglichen exuliren und sich gantz kummerlich erhalten müssen. Es habe sich aber der cum tittulo konig Maximilian etc., E.Ko.Mt. freuntlicher vilgeliebter bruder, mein auch freuntlicher geliebter herr oheim und schwager etc., seiner

nachmals mit gnaden angenohmen und ime nicht allein im hertzogthumb zu Wirtenbergk ein nootturftigen underhalt zugeschickt, besondern auch dem hochermetlen meinem freuntlichen lieben oheimen und schwagern, hern Cristoffen herzogen zu Wirtenbergk etc., gantz gnedig und vleissiglichen commendiret, bein irer key.mt. inen zu mehrmahlen bestes vleises und dermassen vorbethen, darob ime nicht geringe von seiner ko.w. vorträstunge, seine väterliche erb- und herschaften widderumb zu erlangen, gnedigen geschehen sein solle. So sey doch bis zu diser zeit nichts wirgkliches darauf erfolgt.

Weil dann mer benumpter herr Schalicher mich dinstlichen berichtet, das ime solche uffzögerungen, so aus irer key.mt. gefasten ungnaden, welche sie uff inen obangezeigter ursachen halben geworfen haben sollen, herfliessen (des er dann gantz schmertzlichen und kommerlichen tregt), zum hochsten und gar beschwerlich und nochmals in der gentzlichen und ungezweifelten hoffnung zu irer key.mt. stehet, dieselbe werden sich uff viler fursten und hern angewandte treue und vleissige vorbitschrifte mit gnaden und aus sonderer hoher keyserlicher tugent, wie dieselbig dessen von Gott dem allmechtigen begabet, dahin leiten und bewegen lassen, daro[b] irer key.mt. gefaste ungnade ime widderumb zu gnaden gelangen und gereichen, ehr auch zu deme, darzu ehr berechtigt sein magk (wie ehr dann ein anders dann recht nicht suchen noch begeren wolle), kommen möge. Hat ehr mich auch beim E.Ko.Mt., ime diese freundt- und dinstliche intercession mitzutheilen, hohes vleises angelangt und gebethen.

So ich dann bey ime eine sondere tugent, die zu allen kunsten geneigt, vermerckt, auch mit allen betrubten ein cristlich mitleiden billich trage, sonderlichen aber weil mir freundt- und dinstlichen nicht zweifelt, E.Ko.Mt. ob disem, so in sachen sovil recht vorbethen, werden kein ungendig gefallen haben und tragen, habe ich ime sein vleissiges bitten umb sovil desto weniger fuglichen abzuschlagen gewust. Und gelangt demnach an E.Ko.Mt. mein gantz freundt- und dinstlich bitt, dieselb wolle ihr mit gnaden gedachtess Schalichers sache im besten angelegen und bevolhen sein lassen und bey hochstgedachtem irem geliebsten, hern und vattern durch bequeme mittel und wege dem guten hern zu demjenigen, sovil ime der billigkeit und dem naturlichen rechten nach eigent und geburt, behulflichen erscheinen, damit ime die gefaste keyserliche ungnade wider in gnade gewendet, und er also dermahleinest seiner vatterlichen guter habhaftig werden und ehr zu ruhe kommen möge. In dem erzeigen E.Ko.Mt. ime die hochste gnade, deren ehr mit undertheniger danckbarkeit nimmermehr vergessende sein wirdt. So will ichs fur meine person umb E.Ko.Mt. zu verdienen jederzeit zum hochsten gevlossen sein. Und thue hiemit E.Ko.Mt. dem gewaltigen schutz und schirm etc.

Relatio A[ndreae] Moncz[er]
A. Thoms

z) Sic in ms.

1) Ferdinandus I.

N. 5348.

S.l., 23.I.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Bartholomaeo Nieschitka, advocato in pago Liski districtus Iohannisburgensis, cui frater uxoris suaे advocatiā in pago Zabiele (Sabelen) districtus Lomzensis in 170 florenos impignoravit, quam soluta pecunia pacifice possedit, nunc autem a capitaneo Lomzensi eadem advocatia detrusus est, intercedit et rogat, ut subdito suo iustitia administretur.
(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
Paulum Scalichium laudat et commendat.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Generosus hic Paulus Schalichius, regalis commilito et dominus in Hun etc., consiliarius noster, Illustrium Principum et Dominorum, videlicet Domini Christophori Ducus Wirtenbergensis, necnon Georgii Ernesti et Bopponis Comitum Hennebergensium, aliorumque commendationibus egregie ornatus, ostendit nobis in libello genealogiae suae, cuius exemplar hisce adiectum Illustritati Vestrae mittimus, tum in pervetusto quoque piae memoriae Belae Regis Hungarorum, a moderna Imperatoria Maiestate¹⁾ confirmato, diplomate, se ex celeberrima Huniorum ac Marchionum Principumque Veronensium familia, unde et maiores nostri partem aliquam propaginis suae duxerunt, natum esse, parentemque suum, ipso in cunis adhuc iacente, vitam cum morte commutasse. Sacram autem Imperatorialem Maiestatem, cum adhuc Regem Romanorum ageret, clementer patrocinium illius et tutelae procurationem in se recepisse puerumque se non modo educasse, sed impensis quoque suis in praestantissimis Academiis aliuisse. Deinde adolescentem se famulitio S. Maiestatis Suae sacrificique consiliis adhibitum, charumque Maiestati Suae fuisse. Postea vero, cum ad proiectiorem aetatem accessisset paternamque hereditatem ab Imperatoria Maiestate vendicare coepisset, spem quidem consequendae illius liberalissimam etiam sub diplomate imperatorio sibi factam esse. Verum post multas interpellationes non modo nihil se obtinuisse, quin quod suum sibi redi instantius petivisset et a religione pontificia spiritu Dei illuminatus recessisset, summam se Imperatori indignationem incurrisse, propter quam exulare tandem coactus fuisse. Serenissimum autem Dominum Maximilianum Bohemiae Regem defensionem clementissimumque illius patrocinium suscepisse ac non modo sumptus ei in Ducatu Wirtenbergensi annuatim submisso, verum etiam Duci Wirtenbergensi (ut habent Illustritatis Suae ad nos literae) accurate illum commendasse ac aliquoties pro ipso preces apud Imperatoriam Maiestatem interposuisse, spemque recipiendi sui in gratiam et recuperandorum bonorum crebris pollicitationibus fecisse. Sed in hunc usque diem nihil sibi praestitum esse, quemadmodum haec omnia Illustritas Vestra prolixius tam ex libello genealogiae suae, quam ipso coram referente, intellectura est.

Cum autem multis procrastinationibus extractus, rerum suarum salutem post Deum in S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum et consobrinum charissimum, collocaverit plurimumque sibi hac in re profore confidat operam et autoritatem Illustritatis Vestrae, petit a nobis maiorem in modum, ut de meliori illum nota Illustritati Vestrae commendaremus. Quod dupli nomine facturos esse nos illi recepimus, cum quod Illustritatem Vestrarum afflictis omnibus, praecipue autem iis, qui propter Christum et salutis nostrae aeternae priorem doctrinam exulant, favere illorumque nutricium, patronum et Mecenatem esse scimus, tum quod Schalikum hunc virum virtute atque omni doctrinarum genere ac multarum rerum cognitione excellentem esse non modo ex Regum et

Principum multorumque aliorum testimonii praestantissimis ac ipsi quoque coram cum admiratione animadvertisimus. Itaque amanter ac fraterne Illustritatem Vestram oratam habemus, ut quod vel sponte sua facturam esse illam plane confidimus, Christi hunc exulum sibi commendatissimum habeat iuvetque pro pietate sua rebus illum in omnibus, maxime autem ut in S. Regiae Maiestatis favorem receptus liberalem aliquam largitionem annuatim consequatur et eo melius rationum suarum angustiae exilii sui tempore consulere possit. Ille vicissim suam S. Regiae Maiestati operam deditissime offert, estque talis, qui tam in ecclesiasticis quam politicis negotiis ingenio excellenti divinitus donatus est, ut S. Regiae Maiestati in utraque functione, licet in aula illius ad manum non sit, tamen absens etiam plurimum inservire poterit, tum quod quocumque tempore a S. Regia Maiestate vocabitur, ad obsequia illius semper se praesto futurum pollicetur. Nos, etsi aerarii nostri, multis hactenus sumptibus exhausti, tenuitatem agnoscimus, vicem tamen illius condolendo miserti, numero consiliariorum nostrorum ipsum ascrispimus, ut de nostro subsidii quoque aliquid haberet. Sed cum illud exiguum sit, neque sustentationi honestae Schalichii sufficiat, fecerit S. Regia Maiestas opus Rege munifico dignissimum et pietati christiana convenientissimum, si clementissimam liberalitatem suam erga virum hunc excellentem non clauserit. In quo ut remuneratorem habebit Deum largissimum, ita Schalichium sibi ad quaevis obsequia arctissime devinciet. Qui, posteaquam Dei beneficio dominiis suis restitutus fuerit, grati erga S. Regiam Maiestatem animi memoriam nunquam deponet. Illustritas autem Vestra quicquid in sublevando eo studii, laboris, opera seu diligentiae impenderit, optime tam apud Deum quam homines posuisse se intelliget. Eritque Illustritati Vestrae ab eo, qui se aquae etiam frigidae haustum egenti porrectum compensaturum promisit, merces in coelo magna expectanda. Nos vero quibuscunque officii generibus potuerimus, illud quod precibus hisce nostris Illustritas Vestra dederit, amice ac fraterne demererri immemores nunquam erimus. De Schalikii erga Illustritatem Vestram observantia non erit quod Illustritas Vestra dubitet, qui ut sua virtute commendationes et sponsiones omnes pro illo nostras facile apud Illustritatem Vestram superabit, ita gratitudinem suam comprobata m illi reddere studebit. Unum hoc addimus: quo chariorem sibi Scalikium Illustritas Vestra habuerit promovendisque commodis illius praesto ei fuerit, eo rem nobis factura est gratiorem, multumque se prioribus in nos collatis beneficiis adiecissem existimet. Cupimus tandem Illustritatem Vestram cum inclita illius familia in longos annos incolumem vivere. Datae.

In folio separato: Duci in Olika, 24 Ianuarii.

1) *Ferdinandus I.*

N. 5350.

S.l., 28.I.1562.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
de teloneario Polangensi, qui spretis regiis telonei mandatis a praefecto suo
Grobinensi 20 marcas vectigalis extorsit, ac de novis et inusitatibus vectigalibus
et exactiobus, quibus subditi sui in Lithuania et Samogitia gravantur,
conqueritur.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrini Charissime.

Obscurum S. Regiae Vestrae Maiestati non est, omnibus totius Orbis Christiani Principibus viris immunitatem et libertatem vectigalium communem esse terra et mari. Hanc S. Regiam Vestram Maiestatem minime mihi quoque invidere vel inde constat, quod S. Regia Vestra Maiestas divi parentis sui literas, largissimam rerum omnium ad me pertinentium libera in Regno dominiisque illius exportationem continentem, non modo confirmare, sed privilegiis illis prioribus privilegium, quod ad thelonea Polangensia attinet, superaddere dignata est. Quam negligenter autem theloneorum Polangensium praefecti illud ipsum privilegium habeant, vel inde patet. Praefectus meus Grobinensis¹⁾, mandato meo pro necessitate praesidiariorum centum et quinquaginta tonnas silihinis Mimelam vehendas dederat. Harum vectoribus thelonearius Polangensis, non curatis S. Regiae Vestrae Maiestatis thelonei literis, mihi in lingua Rutenica anno superiore missis, transitum, vectigali satis importune exacto, denegavit.

Ego, cum et literas S. Regiae Vestrae Maiestatis ab illo non curari vel leviter potius haberi intelligerem, militi autem Mimelensi commeatum hac periculosa tempestate temporius subvehendum esse omnino necessarium iudicarem, mandavi praefecto meo Grebinensi, ut vectigal, quod erat 20 marcarum, solveret. Ne autem ea res privilegio generali, de quo supra, deinde in specie mihi concessae libertati aliquid praeiudicaret, aut pactis derogaret, duxi indicandum hoc S. Regiae Vestrae Maiestati esse, ne ea ipsa solutio, ut dixi, fraudi mihi privilegiisque meis esset, utque praefecto meo Grebinensi illa tanquam indebita reddatur, thelonearii quoque S. Regiae Vestrae Maiestatis ab eiusmodi exactione sibi in posterum temperent. Itaque maiorem in modum oro, dignetur S. Regia Vestra Maiestas metam in generalibus illis, quam ex pactis et foederibus atque in specie mihi competentibus et concessis immunitatibus clementer conservare, praefectisque theloneorum omnibus, praecipue autem Polangensi, serio iniungere, ne contra inita pacta, quae diserte continent: omnes res ad me pertinentes in Regno et dominiis S. Regiae Vestrae Maiestatis a vectigalium solutione liberas esse debere, secus aliquid, quam decet ac par est, attentent, sed me libertate mea crita impedimentum aliquod vel renitentiam uti fruique permittant.

Ad haec celare S. Regiam Vestram Maiestatem non possum, gravem ad me querelam a subditis meis deferri, videlicet quod per Magnum Lithuaniae Ducatum et Samogithiam novis, inusitatibus et inauditis exactionibus et vectigalibus se gravari dicunt. Ea res cum antea quoque mihi innotuerit, facere non potui, quin hoc nomine submisse S. Regiae Vestrae Maiestati supplicarem, ne permitteret subditos meos contra pacta et foedera atque eas, quae antiquitus sunt constitutae inter S. Regiae Vestrae Maiestatis et mea dominia theloneorum exactions, durius premi, cum diserte tam in veteribus quam novis inter Magnum Lithuaniae et Prussiae Ducatum initis pactis cautum sit nullam novam exactionem, quocumque etiam nomine vocaretur, in posterum in gravamen subditorum imponi, nec ullam in theloneis fieri debere innovationem, sed si quid novi eiusmodi constituendum esset, illud utrorumque dominiorum dominis consentientibus fieri. Si itaque S. Regia Vestra Maiestas amplius quiddam, quam vetus habet consuetudo, pendi volet, non refragor, meis autem ut parcat, nec pactis derogari aliquid patiatur, submisso oro. Sin minus, aegrius S. Regia Vestra Maiestas non feret, si illius vicissim subditis eadem quoque remetiendum esse mensura in Ducatu meo constituero. Qua tamen in re cum a S. Regia Vestra Maiestate mihi aliud longe clementius et pactis tam novis quam veteribus

convenientius pollicear, non dubito S. Regiam Vestram Maiestatem ex iusto et aequo hoc subditorum meorum gravamen ponderaturam esse. Factura rem Rege et pactorum observantissimo et iustitiae amantissimo congruentem, mihi gratam ac quovis obsequii genere demerendam. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae.

Relatio Cancellarii²⁾

In folio separato: Regi Poloniae, 28 Ianuarii anno etc. 62.

1) Andreas Jonas.

2) Ioannes a Kreitzen.

N. 5351.

S.l., 5.II.1562.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Pawłowicz Podskarbowicz

litteras eius, una cum 100 perdicibus dono missis, se accepisse nuntiat et scribit tanta gratiarum actione pro munere nuptiali ei ante duos annos misso opus non fuisse.

(Germanice)

Cfr. El. XLI, N. 1725.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5352.

S.l., 11.II.1562.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

litteras eius sibi allatas esse significat; pro litteris suis reginae Catharinae et palatino Vilnensi [Nicolao Radziwill «Nigro»] redditis gratias agit; mittit epistulam ad Petrum Myszkowski scriptam et roget, ut eam ipsi tradat; petit, ut se apud reginam excusare velit, quod propter adversam valetudinem ad novissimas eius litteras nondum responderit; pro novis de archiepiscopo Gnesnensi [Ioanne Przerembski], quamquam sibi iam notis [scil. de morte eius 12.I.1562.], gratias agit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5353.

S.l., 11.II.1562.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,

de felici regis ex Łomża Vilnam reditu gaudet; iniucundum tamen sibi cognitu fuisse nuntiat regem in propria persona Comitis Regni post Pascha celebrandis non esse interfuturum; de morte archiepiscopi

*Gnesnensis et palatini Cracoviensis gravi aegritudine dolet; pro novitatis
bus de statu Livoniae et de Moscovitis gratias agit; de reginae erga se
benevolentia; de valetudine sua; de Achatio Czema iuniore in Daniam
misso.*

(Schedula: de litteris eius, 4.II. datis, et novitatibus in eis perscriptis).

Cfr. El. XLIII, NN. 233, 234.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Gabriel Terla, den 11 Februarii anno 62 etc.

Wir haben euer schreiben, zu Wilde den 27 Januarii ausgangen, bekommen und inhalts, den wir zu erholen unnötig achten, lesende verstanden. Seint anfenglich das die ko.mt. zu Poln, unser gnediger herr etc., von der Lombsa widderumb gen der Wilna gesundt ankommen, hochlich erfreuet, den lieben Gott treulich bittendt, er wolle s.ko.mt. mit gnaden lange gesundt und wolmögendt fristen und erhalten. Betrublich aber ist uns zu hören, das ire ko.mt. uff den reichstag, der 14 tag nach Ostern angesetzt, nicht persönlich sein werden, dan wir warlich irer ko.mt. von hertzen gonnen, das sie alle ire sachen dermassen ausrichten möchten, darob es zu iren ko. ehren, friden, ruhe und wolfart gereichete. So mussen wir uns besorgen, das sich villeicht allerley möchte alda auf dem reichstage zutragen, darzu der ko.mt. persönlich anwesen sehr nutz, guth und zutreglich, das abwesen aber nachteilig und schedlich sein möchte. Derhalben können wir bey uns nicht finden, ob es guth, das sy den reichstag nicht persönlich besuchen solten. Hoffen demnach, ire ko.mt. werden disfals, wess ir eigen nutz und bestes, selbst betrachten und wissen.

Des erzbischoffs zu Gnisen¹⁾ abschiedt von disem jammerthal ist uns bekummerlich zu hören. Hetten ime als einem noch zimlich jungen manne sein leben wol lenger gonnen mögen. Weil es aber also der wille des Allerhöchsten, muss demselben auch stille gehalten und nicht widerstrebet sein.

Das der woywode zu Crackau²⁾ ahn der darren hart krank leit, ist uns leidt. Hören doch gerne, das er noch lebt, dann man uns inen alhie schon todt gesagt. Weil aber die darre so eine kranckheit, deren man nicht balde oder leicht genesen kan, dawider auch wenig oder schwerlich artzney zu finden, do bitten wir den lieben Gott, ehr wolle des guten hern bester artzt sein, ime geduld in seiner schwachheit verleihen und ime nach seinem gotlichen willen helfen.

Dem guten alten hern Sborowsky³⁾ gonnen wir wol, das er in des hern Spitecks⁴⁾ stelle kommen, dann ehr ein ehrlicher mann, Gott bittendt, ehr wolle ime zu solchem seinem neuen ehrenstandt gnade und segen verleihen.

Ferner bedancken wir uns gegen euch fur euer eröffnung der gelegenheit der lande Eyfflandt und des erbfeindes, des Muscowitters. Und ist nicht ohne, es seint bischer allerley unbestendige reden von dem Muscowitter und Tatern alhie erschollen und alher kommen. Das wir aber eigentlich wissen solten, wie es in gründe derorth gelegen, haben wir bisher nicht können erfahren, ohne was von euch und andern gutmeinenden uns disfals zugeschrieben werden, denen wir in allem wol gleuben. Und thut uns ein besonder gross gefallen daran, das ir uns mit euren schriften besuchet (bitten auch, ir wollet es hinfurter ofter thun). Das ir schreibt, der Muscowitter stille oder zurückgezogen, solchs ist uns lieb, und mann will alhie reden, als solle der Muscowitter durch sein eigen schwager, den Thatern,

erstochen sein. Do dem also, konde es wol sein, das daher der krieg mit dem Muscwitter und Thatern wider geursacht and anginge. Und were der halben Gott billig zu dancken, das der solche ding darumb so wunderlich schicket, uff das die armen bedruckten cristen und landt Eyfflandt von ime sovil mehr in der eussersten noth geschutzet und errettet.

Das unsere g. frau, die konigin⁵⁾, unser so gnediglich gedencket, haben wir umb ire mt. nicht verdienet. Konnen auch irer mt. nicht gnug dafur dancken, das sie fur uns, der wir nuhmer auf der gruben gehn, so gnedige sorg tragen. Bitten den lieben Gott, er wolle ire mt. uns zu trost lang in gesundem leben erhalten. Wiewol wir unsers lebens die lengste zeit hinwegk haben und uns teglich dazu schicken und rusten, wie wir (wann es der wille des Allerhöchsten) diser welt absterben und in seinen seligen thron (des ehr uns und allen gleubigen mit gnaden verleihen wolle) kommen und bey ime in der ewigen freuden leben mogen.

Das auch allerley geschrey von uns ahn ire mt. gelangt, konnen wir wol gleuben, dann es nicht ohne, das wir nun fast ein gantzes jar nicht vil gesundt gewest, wie wir auch noch dise stunde so gar zu unsern kreften nicht kommen, das wir auch derhalben irer mt. und euch mit eigner handt, wie wir wol zu schreiben hetten, zu schreiben abgehalten werden. Doch schicken wir euch infligendt ein schreiben an euch mit eigner handt, in einem handel, wie ir nach verlesung befinden werdet. Und begeren gnedigst, ir wollet euch in demselben handel unserm schreiben nach den treuen forderer erzeigen, denselben vleissig und forderlich vortstellen und uns, wess ir fur antwort oder bescheidt darauf erhaltet, unseumlich wider in unser eigen handt zuschreiben und wissen lassen.

Der herr marienburgische woywode⁶⁾ ist bey uns gewesen, aber fur etzlichen tagen schon von uns wider verreiset. Und hetten, wann es möglich sein konnen, wol leiden mögen, ir bey uns auch gewesen. Und haben mit ime allerley, sowol der ko.mt. als euer person halben, geredet.

Das der junge Zeme⁷⁾ in Dennemarcken solle verschickt werden, ist uns lieb. Wunschen ime, das er seine gewerbe wol und fruchtbarlich ausrichte. Das aber die werbung noch zur zeit verborgen und hernach wir wol vernehmen werden, mussen wir in im stehn lassen. Und wollen der fernern eröffnung aller gelegenheit und der ursachen der abfertigung, also auch euers dieners ankonft erwarten und verhoffen. Und wolten euch etc.

Cedula

In schliessung und abfertigung dises unsers schreibens bekommen wir von euch noch ein schreiben, den 4 Februarii zur Wilna datirt, darinne ir uns allerley zeitungen, sonderlich von der eingesandten ko.mt. zu Poln etc. potschaft in die Muscaw und sonst, das ein ungrischer herr von dem jungen Janusch weyda⁹⁾ ahn die ro.key.mt.¹⁰⁾ gefallen¹¹⁾ also auch das des despoten¹²⁾ regirung noch zur zeit in gutem regiment angehet und wess dem mehr anhenget, mitteilet, empfangen. Thun uns solcher euer gutwilligen mitteilung gnedigist bedancken und wunschen, das alle sachen zum besten ausgehn und zu lob und ehren Gottes und aufferung allerseitzs landen und herschaft gereichen mögen. Begegen auch gnedigist, ir wollet uns ofter mit euren schriften ersuchen und wess ir von den und andern henden, wie die ferner verlaufen und verpleiben, in erfahrung kommet, eröffnen und zuschreiben. Euren diener Pohubeln¹³⁾, weil es die gelegenheit

gehabt, das er mit schwachheit befallen, nemen wir seins langen aussenpleibens halben wol entschuldigt etc.

H[einrich] Stend[rich]

- | | |
|--|--|
| 1) <i>Ioannes Przerembski obiit 12.I.1562</i> | 8) <i>a.1562 legationi Polonae ad m.ducem Moscoviae praefuit Korsak Borkolab Glebocki.</i> |
| 2) <i>Laurentius Spyco Jordan de Zakliczyn.</i> | 9) <i>Ioannes Sigismundus Zapolya.</i> |
| 3) <i>forsitan Martinus Zborowski, palatinus Posnaniensis.</i> | 10) <i>Ferdinandus I.</i> |
| 4) <i>v. notam 2.</i> | 11) <i>sermo est de defectione Melchioris Balassa ad imperatorem.</i> |
| 5) <i>Catharina.</i> | 12) <i>Iacobus Heraclides Basilicus, palatinus Moldaviae.</i> |
| 6) <i>Achatius Czema.</i> | 13) <i>Pohibel.</i> |
| 7) <i>Achatius Czema iunior.</i> | |

N. 5354.

S.l., 11.II.1562.

Albertus dux in Prussia

*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarlo,
pro litteris palatini Polociensis, ad Gabrielem Tarlo scriptis, sibi missis gratias
agit; sperat ducem Ioannem Bel'skij, ex Moscovia in Polonię profugum,
duce Demetrio Wiśniowiecki fideliores fore; pro equis sibi missis gratias
agit et aliquot alios amicis suis dono dandos adhuc mitti petit; neminem
ex duobus concionatoribus suis idoneum esse arbitratur, qui Vilnae pree-
dicare possit.*

Cfr. El. XLIV, N. 140.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Bernhart Pohibel, den 11 Februarii anno 62 etc.

Wir haben dein schreiben empfangen und inhalts, den wir zu repe-
tiren unnötig achten, lesend verstanden. Anfenglich seint wir dir fur
deine mitteilung des schreibens, so der woywode von Polotzki¹⁾ an deinen
hern des Muscowitters²⁾ gelegenheit halben gethan, in gnaden danckbar,
mit gnaden begerendt, du wollest uns jederzeit, wess fernrer furfelt, eroffenen.

Wir vermercken auch, wess du des knes Belsky³⁾ halben schreibest.
Nun sehen wir wol gerne, das derselbe vom Muscowitzter an ko.mt. fellet.
Wir konnen aber nicht wissen, ob oder wess derselbe irer ko.mt. dienen
konnen. Hoffen aber, ehr werde, wie du selbst schreibest, treu und guth,
und treuer dann kness Wisnowitzky⁴⁾ erfunden werden. Es sieht uns aber
gleichwol, das mann dem Wisnowetzky sein gleith so lang uffgehalten und
inen dadurch zum Muscowitzter wider zu fallen ursach geben, sehr seltzam
ahn, und kan leicht abgenommen werden, worzu leuthe durch solche ding
gereizet können werden etc.

Deines hern hofftuch halben wir bestellung gethon gegen Ragnit mit
erstem zu schaffen. Sobaldt es dahin gelangt, solle es dir kundt gethon wer-
den, damit es dein herr oder du holen zu lassen.

Fur die zusagung der wagenross und eines zelters fur unsfern leip seint
wir gegen deinem hern gnedigsten danckbar, und thut dein herr mehr als

zuvil bey uns. Wir begeren aber gnedigst an dich, du wollest allen vleiss furwenden, ob du uns ein guth par zelter, die gute und etwas grossers als wir fur unsern leip brauchen, bekommen kondest, dann wir dieselben unsern guten hern und freundten verehren wollen. Die wollen wir gerne und mit danck zalen so theuer als sie dein herr selber schatzen wirt. Des mag dein herr und du unser kauffman disfals sein. Und wollest je vleiss haben, ob du uns darinne kondest dienen. Wir wollen sie mit gnedigem danck zalen und es daneben in gnaden erkennen.

Ferner verstehn wir, wess du eines predicanter halben, der alhie caplan uff dem berge gewest, meldest. Nun konnen wir nicht wissen, wess es fur einer sey, dann es seint 2 caplane vom berg wegk, einer heist Erhart Sperber, der ander Nicolaus. Dieselben beden oder einen von denselben beden wolten wir warlich euch, den einwohnern zur Wilna, nicht gönnen, und konden wir nach irer und der stadt Wilna gelegenheit nicht rathen, das sie bede oder einer von inen aldo vil predigen solte aus ursachen, das es solche kopff, die mit unserm und vilen andern kopfen alhie nicht uberein tragen konnen, und vil schwerlicher aldo zur Wilna. So seint sie gewislich der geschicklichkeit nicht, die sie sich wol duncken lassen. Darumb wol zu bedenken, wess die von der Wilna mit inen oder der einem thun wollen. Wir konnen auch aus allerley ursachen nicht rathen, das sie diser einen, sonderlich in disem ersten anfang, annehmen.

Wir haben auch deinem hern etwas mit eigner handt geschriben. Bege-
ren gnedigst, du wollest bey ime anhalten, das wir mögen mit erstem
beantwort werden. Und wolten dir diss etc.

H[einrich] Stend[rich]

- 1) *Stanislaus Dowojna, palatinus Polociensis.*
- 2) *Ioannes IV Basilides.*
- 3) *Ioannes Bel'skij, dux Moscovita, profugus in Polonia.*
- 4) *Demetrius Wiśniowiecki.*

N. 5355.

S.l., 16.II.1562.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

litteras reginae ab eo sibi missas se iam accepisse nuntiat et se excusat, quod ob aegritudinem ad eas statim respondere non possit («dann wir so mit einem harten catarro befallen, das wir auch schir weder schreiben noch lesen konnen»); *litteras filiae suae [Annae Sophiae], ducissae Megapolensis, ad reginam, curiae reginalis magistrum [Gabrielem Tarlo] et ad ipsum Kunheim datas, mittit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

S.l., 17.II.1562.

Albertus dux in Prussia

Stanislaō Ostrorög, castellano Międzyrzecensi,

*de «aedificatione Ecclesiae Christi» variis hominum opinionibus turbata
dolet et nullam meliorem huius rei medicinam inveniri affirmat, quam si
omnes Confessionem Augustanam amplecterentur; equum ab eo petitum
mittere promittit; nepotem ipsius et filium Eustathii Trepka sibi commen-
datissimos fore nuntiat; rogat, ut ad Nicolaum Rey de filio eius in aula
sua morante scribat.*

Cfr. El. XLI, NN. 1837, 1849.

Conc., Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus etc.

Magnifice ac Generose, Amice et Frater nobis singulariter dilecte.

Ex litteris Magnificentiae Vestrae dolenter sane intelleximus aedificationem Ecclesiae Christi apud vos coeptam variis variorum hominum opinionibus turbari. Quae res cum non possit non pios animos graviter afficerre, facile credimus Magnificentiam Vestram pro pietate sua et ardentи erga puriorem de Deo doctrinam zelo inde non parum contristari. Quia vero Sathanae haec sunt stratagemata, ut cum ad ruinam Regni sui connivere nequeat, technas ad obscurandam gloriae et nominis divini lucem eiusmodi astruat, utiturque eam ad rem plerunque ingenii inquietis et plus aequo pertinacibus affectibus, aut sapientiae arrogantiori tribuentibus. Praestaret autem omnes inclinacionibus esse animis ad unanimitatem. Illa enim certissime distractioni et variis opinionibus medetur. Quam ad rem magis accommodata methodus haberi non potest, quam si omnes, qui priori doctrinae christianaе nomen dederunt, Augustanae, ut vocant, Confessionis formulam tam in fidei quam caeremoniarum articulis amplectentur, essentque omnes verbis Christi simplicibus audientes, neque peregrini aliquid illis affingerent. In eo enim dum nimis argutas de rebus adiaphoris disputationes movent atque de umbra solliciti sunt, accidit, ut verum interea corpus amittant. Huc et illud accedit, quod nullum Ecclesiae praesentius malum, quam si eo aut superbiae aut propriae scientiae spiritu ingenia deveniunt, ut quot capita tot sententiae. Vult doctor noster omnium Christus parvolorum instar nos credere et animarum nostrarum salutem fide apprehendere. Hanc si omnes normam sequentur atque iis in rebus, quae in hac infirmitate naturae captum humanum excedunt, rationis sensa ducerent captiva, equidem minus esset in Ecclesia turborum, neque tot opinione diversae. Orandum itaque est Deus, ut spiritu sancto suo tam in inclito Poloniae Regno, quam ubi vis locorum, ad unanimitatem flectat et ipse propagationem gloriae suae regat et tueatur. Quod si nos pro qualicunque talento nobis commisso adiumento eam ad rem esse poterimus, non modo animo promptissimo, quantum in nobis est, id ipsum facturi sumus, sed pietati et Ecclesiae etiam ex professo debere hoc nos agnoscimus.

Quae Magnificentia Vestra de metuendis Regno Poloniae belli motibus scribit, tristia nobis fuerunt cogniti. Faxit Deus, ut impressiones eiusmodi irritae reddantur paxque in Regno et tranquillitas diuturna conservetur.

Quod vero ad equum attinet, quem a nobis Magnificentia Vestra petit, etsi crebra hactenus distributione stabula gregesque nostri inde sunt solito

facti contractiores, tamen cum non modo iis in rebus, sed pro rationum nostrarum tenuitate etiam in maioribus Magnificentiae Vestrae libenter gratificamur, dabimus operam, ut Magnificentia Vestra equum ex nostris non postremum per proprium quandam servitorem nostrum, statim post redditum huius tabellarii, accipiat.

Nepos Magnificentiae Vestrae cum filio Trepcae nobis erunt commendatissimi, neque de priori in illos gratia nostra quicquam remissuri sumus.

Postremo latere Magnificentiam Vestram nolumus Illustrum Principem Dominum Nicolaum Raziwil Ducem Olicensem, amicum et fratrem nostrum percharum, filium N[icolai] Rey¹⁾ nobis commendasse, ut illum obsequiis Illustrissimi filii nostri²⁾ adhiberemus. In quo non difficulter eius Illustritati gratificati sumus, licet parens eius pueri nihil eiusmodi a nobis vel scripto vel internuntio petierit. Quia vero is ipse filius eius effrenis esse videtur, qui et nuper, cum ad nos esset Magnificus Dominus Comes in Tanzin iunior³⁾, se clam hinc subducere constituerat, admonitus autem a familiaribus quibusdam eiusdem Comitis aliiisque sententiam tandem mutavit, cuperemus sane, si opportunus Magnificentiae Vestrae esset ad parentem huius pueri nuntius, ut haec ad illum perscriberet. Quod si vellet illum esse ab obsequiis filii nostri, nos libenter ei locum facturos esse. Si vero mallet illum habere domi, in eo quoque voluntati illius nos non repugnaturos. Itaque certiores nos ea de re in hanc vel illam sententiam faceret. Haec ut Magnificentia Vestra illi significet, amanter petimus.

Atque haec Magnificentiae Vestrae rescribenda esse duximus. Quam feliciter valere optamus. Datae.

Relatio Schwerinii

In folio separato: Comiti ab Ostrorog, 17 Februarii.

1) Andreas († 1602)

2) Albertus Fridericus.

3) Ioannes Tęczyński, filius Stanislai, palatini Cracoviensis.

N. 5357.

S.l., 17.II.1562.

Albertus Fridericus, «dux in Prussia iunior», Stanislaw Ostroróg, castellano Miedzyrzecensi, equum, «propter imminentes hostiles impressiones» ab eo petitum, libenter se ei cum patris sui servitore missurum esse nuntiat.

(Latine)

Cfr. El. XLI, NN. 1836, 1849.

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5358.

S.l., 17.II.1562.

*Albertus dux in Prussia
Eustathii Trepka relictae viduae [Annae]
pro clementia sua erga filium eius exhibita tanta gratiarum actione opus non
fuisse scribit («pro ea enim gratia, qua viventem vestrum maritum*

totamque illius domum complectebamus et adhuc complectimur, libenter omnia praestitimus, quae pietas christiana requirit»).

(Latine)

Cfr. El. XLV, N. 164.

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5359.

S.l., 18.II.1562.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,
pro subdito suo Rudolfo Grutzmacher, servitore Nicolai Ciechanowicz, qui
privatorum quorundam negotiorum causa nonnihil longius in Ducatu
suo morari coactus est, intercedit et rogat, ut eum apud dominum suum
excusare velit, ne haec mora et longior absentia ei damno sit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5360.

S.l., 24.II.1562.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Dulski, capitaneo Rogosnensi,
pro diligentia, in promovendo negotio servitoris sui Valentini Stoll, causam de
hereditate Gedani habente, adhibita, gratias agit et idem negotium ei ite-
rum commendat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLI, N. 1853.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5361.

S.l., 2.III.1562.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
nuntiat se, ut regi ante impignorationem Jurborgensem postulatam pecuniae
summam in mutuum dare posset, coactum fuisse districtum Hollandien-
sem Achatio Czema, palatino Marienburgensi, et districtum Soldaviensem
Raphaelii Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi, impignorare; cum tamen
ad eiusmodi impignorationes consensus regius necessario requiratur,
rogat, ut rex eas clementer confirmare velit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro salute per Achatium Czema iuniorem sibi dicta gratias agit; sententiam
regis de impignoratione praefecturae Polangensis sibi perscribi petit et
rogat, ut condiciones in hac re suas et negotium regundorum limitum
apud regem promoveat; responsum regium ad litteras suas de canonicis
Varmiensibus scriptas mittit et de acerbitate eiusdem responsi dolet et
miratur.*

Cfr. El. XXXI, N. 822.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Accepimus Illustritatis Vestrae litteras, cum Generoso Achatio Zema, palatinide Marienburgensi, ad nos missas. Ac primo quidem magnas Illustritati Vestrae gratias agimus pro salute nobis per eundem dicta et valedicentis nostrae desideratissimae gratulatione. Nos ut toto pectore omnes felicissimos successus obvenire Illustritati Vestrae cupimus, ita vicissim ex voto salutaria omnia reprecamur Deumque oramus, ut Illustritatem Vestram diu sospitem et incolumem conservet.

Quod ad impignorationem praefecturae Polangensis attinet, in eo quae sit S. Regiae Maiestatis sententia primo quoque tempore nos certiores redi petimus, simulque Illustritatem Vestram oramus, ut quae de conditionibus illius impignorationis deque limitibus Lithuaniae proximioribus ad Illustritatem Vestram litteris nostris perscripsimus, suo calculo et suffragio amanter et fraterne iuvare ne gravetur. Ut enim excusatio Illustritatis Vestrae, per praedictum palatinidem de non determinatis hactenus limitibus nobis exposita, merito locum apud nos habet, ita plane confidimus nunc tandem Illustritatem Vestram pro amicitiae et fraternitatis inter nos arctissimo vinculo nihil intentatum relicturam esse, ut et spei a S. Regia Maiestate nobis gratiose clementerque factae, ut quod reliquum est finium nondum lustratorum, iuxta pactorum descriptionem suprema imponatur manus. Sic enim facturam esse Illustritatem Vestram, absoluta qua perfungeretur in Livonia legatione, idem palatinides nomine Illustritatis Vestrae pro certo affirmavit. Nos vicissim omnia etiam extrema sinceri amici et fratris officia et studia Illustritati Vestrae deferimus.

Ceterum quid de mandato quadam Canonicorum Warmiensium ad S. Regiam Maiestatem perscriperimus et quid Maiestas Sua Regia nobis responderit, ex adiectis earundem litterarum exemplis Illustritas Vestra cognoscet. Quam vero litterae S. Regiae Maiestatis nos in varias cogitationes pertraxerint animumque nostrum contristaverint, dicere vix possumus, ita etiam, ut nisi manu Maiestatis Suae propria subscriptae essent, non adduci possemus, ut crederemus de mente et sententia S. Regiae Maiestatis Suae profectas esse. Meminit enim Illustritas Vestra S. Regiam Maiestatem non alienam fuisse ab iis, qui purioris doctrinae christianaee professionem amplectuntur, cum omnibus Regni sui subditis in Conventu Warschovensi¹⁾ liberum fecerit Augustanae Confessionis, si vellent, observare religionem usque ad proxima Regni Comitia vel ad Concilium universale. Testantur quoque S. Regiae Maiestatis Suae litterae pro Thorunensibus editae, quod verum sacramentorum usum ab ipso Christo institutum non modo

approbaverit, sed seriis quoque mandatis Episcopo Culmensi²⁾, ne ea in re Thorunensibus molestus esset, edixerit. Quorum omnium contrarium dolenter sane ex litteris praedictis animadvertisit, ut taceamus in iisdem insimulationes verbis satis asperis concinnatas. Facere itaque non potuimus, quin maerorem nostrum Illustrati Vestrae, amico et fratri nostro longe charissimo, communicaremus. Cumque ipsa, ut est divinitus in agnitione et assertione veritatis evangelicae donata et confirmata, cum piis omnibus probe intelligat institutionem Christi traditionibus humanis praeferendam esse, sitque edictum hoc Canonicorum Warmiensium cum multarum animarum perditione et metuendis motibus civilibus coniunctum, amanter et fraterne Illustritatem Vestram oratam habemus, ut autoritatem suam, qua valet et potest plurimum, apud S. Regiam Maiestatem interponere ne gravetur, ut subditis Canonicorum liceat ea gaudere libertate percipiendi sacramenti altaris, quae omnibus Regni subditis in genere concessa est. Qua re Illustritas Vestra non modo de multarum animarum salute bene merebitur, verum opus Deo tam factura est gratum, ut aeternae beatitudinis mercedem inde in novissimo die sit ab ipso iudice Christo acceptura. Nos vero amicis fraternalisque studiis nostris hoc ipsum compensare nunquam non memores erimus. Quod superest, Illustritatem Vestram rectissime valere optamus. Datae.

Cancellarius³⁾ legit
Princeps audivit praesente Canitio

In folio separato: Duci in Olika, 2 Martii anno etc. 62.

- 1) *Comitia Regni 6.XII.1556 - 14.I.1557 Varsiae celebrata.* 2) *Ioannes Lubodzieski* (\dagger 23.III.1562).
 3) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5363.

S.l., 2.III.1562.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
de districtu suo Hollandensi Achatio Czema, palatino Marienburgensi, et
praefectura Soldaviensi Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
oppignoratis (cfr. N. 5361).*

(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5364.

S.l., 4.III.1562.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

pro litteris suis reginae et Petro Myszkowski redditis gratias agit; secretarium suum, Balthasarem Gans, negotia ipsi ab eo relata sibi diligenter exposuisse nuntiat.

(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 46.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*petit, ut archiepiscopo Rigensi eiusque coadiutori arces Dahlen et Cremonam,
ad archidioecesim Rigensem pertinentes, certis conditionibus restitui et
tradi iubeat.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrini Charissime.

Quam afflictus fuerit Reverendissimi Domini Archiepiscopi Rigensis¹⁾ status per decursum fere totius quadriennii, non ignorare S. Regiam Vestram Maiestatem existimo. Ita etiam, ut Reverendissimae Illustritatis Suae eiusque Coadiutoris²⁾ facultates omnes ita attenuatae, inque eam angustiam redactae fuerint, ut rebus ad victimum quotidianum pertinentibus Illustritates eorum carere magna ex parte ceperint. Inde adeo factum, quod Illustritates illorum, quemadmodum perlatum ad me est, post mortem Praepositi archidioecesis Rigensis arcem Dalen et paulo post Cremonensem quoque, summa necessitate et inopia urgente, clementer tamen prius Decano archidioecesis illius³⁾ ea de re requisito, occuparint, cum quod Moschus, circumcirca depopulando omnibus devastatis, eas arces faucibus suis et praedae praesentissimae expositas habiturus fuisset, tum ut ipsi Principes inde in magnis angustiis victualium constituti aliquando se sublevarent. Occupationem autem illarum arcium non in praeiudicium aliquod Capituli, neque alienandi aut perpetuis temporibus possidendi animo factam esse testantur utriusque Principis literae, quibus sufficienter se cauturos esse capitularibus receperunt de omni indemnitate deque reponendis et restituendis cum castris rebus in iisdem omnibus inventis, quam prium pace constituta melior magisque laetior Illustritatibus illorum aura aspiraret.

Qua in re meo sane iudicio capitulares decuisset pro ratione temporum inopiae dominorum suorum succurrere, cum ipsi tanquam membra ecclesiae Rigensis etiam in extremis angustiis teneantur, Archiepiscopum suum tanquam caput sublevare, alere et fovere, nedum necessitate urgente illi cessione unius aut alterius arcis in tempus, acceptis sufficientibus cautionibus, gratificari. Quia vero perlatum ad me est, iussu et mandato S. Regiae Vestrae Maiestatis arcem Cremonam cum castro Sunstellen praesidiaris aliquot Tartarorum occupatam munitamque titulo et nomine S. Regiae Vestrae Maiestatis nunc teneri, facere non potui, quin has ad S. Regiam Vestram Maiestatem literas darem. Quam maiorem in modum oro, ut pro necessitudine, quae S. Regiae Vestrae Maiestati cum Reverendissimo Domino Archiepiscopo eiusque Coadiutore intercedit, rebus Illustratum illarum afflictis clementer amanterque subveniat, arcesque eas ad archidioecesim pertinentes iis conditionibus, de quibus supra est mentio facta, Illustratibus illorum restitui tradique iubeat, receptis pro maiore assecuratione cautionis literis. Perfertur enim ad me capitulares, cum pauci coram nunc sint, ex aliis proventibus tantum annuatim percipere, ut honeste inde pro statu et dignitate sua vivere castrisque supradictis citra aliquod incommodum in tempus facile carere possint. Itaque plane mihi persuadeo S. Regiam Vestram Maiestatem precibus hisce meis locum clementissimum facturam esse. Qua in re non modo de afflictis Principibus

consanguineis bene merebitur, sed mihi quoque rem tam est factura grata, ut quam gratissimam ac quovis obsequii genere compensandam. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae.

Princeps audivit
praesente Cancellario⁴⁾ et Canitio

In folio separato: Regi Poloniae, V Martii.

- 1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.* 3) *Iacobus Meck.*
2) *Christophorus dux Megapolensis.* 4) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5366.

S.l., 5.III.1562.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
rogat, ut partes fratris sui Gulielmi, archiepiscopi Rigenesis, eiusque coadiutoris [Christophori ducis Megapolensis] apud regem de meliore nota iuvet,
ut petitioni suae locus detur.
(Latine)
Conc. H B A, K.1184.

N. 5367.

E Regio Monte, 11.III.1562.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro civitate Laubensi (Lubań) in Lusatia Superiore, varias ob causas ad summam inopiam redacta, intercedit et petit, ut eam imperatori Ferdinando commendare velit, ne is «miseris civibus suam clementiam et liberalitatem paecludat».
Conc., H B A, B, K.1184.

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite et officiose celare non possum, quod subditi quidam mei ac fideles dilecti cives Regiomontani, ex Lusatia Superiore oriundi, humiliter mihi oblato supplici libello exposuerunt, quomodo patria ipsorum, civitas Laubensis¹⁾, tantis iniquissimae fortunae procellis superioribus annis iactata fuerit, ut paene funditus interierit, ni Deus ipse, piorum haud dubie precibus motus, ipsi clementer subvenisset. Principio enim omnibus privilegiis, iuribus, libertatibus, censibus, redditibus, villis aliisque utilitatibus universis ad Rempublicam pertinentibus, cum omni munitione bellica, quam longo tempore maximis sumptibus difficulter compararat, privata fuit per modernam Serenissimam Imperatoriam Maiestatem²⁾, tum temporis Romanorum, Hungariae et Bohemiae Regem adhuc agentem. Insuper coacta fuit magnam pecuniae summam, quam hinc inde sub gravi usura mutuo sumpsit, mulctae nomine dependere. Demum vero orto subito incendio tota civitas miserabiliter conflagravit

Cum igitur ad summam inopiam redacti essent, sic ut plurima civium pars de oppidi desertione cogitaret, accidit divinitus sane, ut ope vicinarum urbium paululum sublevati retinerentur.

Qua in re mei quoque subditi illinc oriundi non contemnendam operam pro suis facultatibus patriae navarunt. Quando vero citra clementissimum auxilium S. Caesareae Maiestatis Romanorum ea civitas in pristinum statum vix unquam reduci queat, itaque a me dicti mei subditi suppliciter petierunt, ne gravarer ad S. Regiam Maiestatem Vestram intercessionem meam pro misera ea et afflictissima civitate interponere, ut S. Regia Maiestas Vestra civitatem Laubensem eiusve incolas clementissima commendatione ad S. Caesaream Romanam Maiestatem etc. accurate prosequi dignetur, ne Sua Caesarea Maiestas miseris civibus suam clementiam et liberalitatem, omnibus hominibus cognitam et expertam, praeccludere, sed potius sicut ceteris civitatibus Lusatiae, ita ipsis quoque pecuniarium aliquod subsidium ad redimendos pagos censusve, quos antea in possessione habuerunt, qui quidem hoc tempore venales esse dicuntur (sine quibus nec commeatus haberi, nec civitas restaurari ullo modo potest), mittere et largiri clementer velit.

Quare S. Regiam Maiestatem Vestram obnixe ac summopere oro, ut in gratiam Reipublicae Laubensis tales commendationis literas ad S. Caesaream Romanam Maiestatem conficere iubeat, quando ii cives certam spem conceperunt eas magno sibi adiumento futuras. Peterem pluribus, nisi scirem S. Regiam Maiestatem Vestram rem tam piam, aequam et favorabilem sua sponte benigne complexuram et regia clementia prosecuturam. Ego vicissim debitibus meis officiis et subditis studiis hoc clementiae rependere conabor, non dubitans, quin Respublica etiam Laubensis perpetua animi gratitudine officiis et subiectione debitibus erga S. Regiam Maiestatem Vestram sedulo promeritura sit. Christus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem Vestram longis temporibus salvam, incolumem et florentem conservet. Datae Regiomonti.

Principi sic placuit

In folio separato: Regi Poloniae, 11 Martii.

- 1) *oppidum Luban* (*Germanice: Lauban*).
- 2) *Ferdinandus I.*

N. 5368.

S.l., 11.III.1562.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,

se apud palatinum Vilnenum investigationem fecisse nuntiat de Stanislao Kostka, regio in negotio terminandorum finium commissario, et intellexisse illum 30.X. 1561 in Livonia non fuisse, neque ulla mandata cum bello Livonico coniuncta a rege accepisse nuntiat et rogat, ut etiam apud palatinum Trocensem et castellum Lublinensem, supremos exercituum capitaneos, inquisitionem de hac re peragat.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Gabriel Therla, den 11 Martii 62 etc.

Nachdem uns itziger zeit die gelegenheiten der irrgrenitz zwischen dem konigsteil und unserm furstenthumb Preussen an etzlichen enden also und dermassen fur die handt stossen, darob uns zu wissen nicht wenig vonnothen, ob umb nechst verlauffenen 30 tagk des monats Octobris verflossenen 61isten jars einer mit nahmen Stanislaus Koska¹⁾, ko.mt. zu Poln etc. underthon, im gebieth Roghausen unter den reuttern oder kriegsknechten, so hochstgedachte ko.mt. dozumahl in die provintz Eyfflandt geschickt, gewesen oder aber sonston von ko.mt. einigen auferlegten bevelich daselbst in Eyfflandt auf die zeit abzulegen und zu verrichten gehabt. Und dann der herr wilnische woywode²⁾ etc. vorschiner zeit uns auf unser disfals an s.l. gethones schreiben, darin wir s.l. freuntlich ersucht und gebethen, weil wir wol erachten konten und gewiss weren, das seiner l. deren, so bisher in Eyfflandt gekriegt oder von ko. mt. mit einigem bevelich hinein geschickt, nahmen bekandt sein wurden, s.l. uns disfals, ob sie den Kosken kenneten oder ir bewust, das ehr die zeit als den 30 Octobris nechstverschinen in kriegsleufften oder sonston von ko.mt. in Eyfflandt abgefertigt, freuntlich verstendigen wolten, bericht, das sie merermelten Kosken nicht kenneten, weniger ir von einigem dienst, dazu er von ko.mt. auf berurte oder einige andere zeit in Eyfflandt solte gebraucht sein, bewust wehre.

Do wir aber dessen grundtlichen bescheidt wissen und haben wolten, musten wir uns disfals bey irem brudern, herrn trockischen woywoden³⁾, desgleichen dem herrn lublinischen castellan⁴⁾ etc., als den obersten feldtheuptleuthen, die sunder zweifel fur andern wissenschaft darumb haben wurden, erkundigen. Doch achtet s.l. wol es dafur, das nichts daran sein, sonder sein bruder Ioannes Koska die zwustige grenitzörterung (da do mahln die handlung umb gewesen) nur mit aufgezogen und differirt haben wurde. Wie aber deme allem, so haben wir disfals an euch zu schreiben und damit zu bemuhen, unser notturft nach nicht umbgehn noch unterlassen mugen.

Und ist demnach an euch hiemit unser gantz gnediges sinnen und begeren, ir unbeschwert sein wollet, uns zu sonderm gnedigen gefallen bey ermeltem herrn trockischen woywoden, also auch dem herrn castellan zu Lublin etc., disfals vleissige inquisition und nachforschung alsbaldt zu haben und zu pflegen, und wess ir also von inen zu bescheidt erlangen und erfahren werdet, uns schleunig, furderlich und bey erster zufelligerbotschaft, zum lengsten aber zwuschen dato und ausgehenden nechsten Osterfeiertagen, dann auf Quasimodo geniti⁵⁾, schirst solcher grenitztagk wider angesetzt und unsers hoffens besucht werden wirt, gruntlich zusamt allen notturftigen umbstenden durch euer schreiben zu vermelden und wissen zu lassen, auch hirinne unserm zun euch je und allewege gehabtem gnedigen vertrauen nach euren vleis nicht zu sparen. Daran thut ir uns zu sonderm gnedigen gefallen, in allen gnaden und gutem gegen euer person nicht zu vergessen etc. Datum.

Committentibus D. Burggravio et D. Cancellario
Burggravius legit

C. Dargicz

Item es ist eodem die an Pohubeln geschriften und begert worden, das er bey seinem herrn⁶⁾ ermelter erkundigung halben und damit schleiniger bescheidt volgen möge, vleissig sollicitiren soll etc.

1) *Kostka.*

4) *Florianus Zebrzydowski.*

2) *Nicolaus Radziwill «Niger».*

5) *5.IV.1562.*

3) *Nicolaus Radziwill «Rufus».*

6) *Gabriel Tarlo.*

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

rogat, ut rex in propria persona celebrandis post festa Paschatis Regni Comitiis, nisi legale aliquod impedimentum obstiterit, interesse velit; regem praeterea hortatur, ut expendat, «quantum Livoniae ad Regnum incorporatio commodi et utilitatis allatura sit».

Cfr. El. XXXI, N. 831.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Intellexi indicta esse a S. Regia Vestra Maiestate in inclito Poloniae Regno Comitia post festa Paschae celebranda¹⁾. Quae ut felix habeant initium finemque laetissimum et optatissimum, imo pectore Deum oro. Quandoquidem autem renuntiatum mihi est S. Regiam Vestram Maiestatem illis in propria persona non interfuturam esse, sed commissarios eo suos deputasse, facere non potui, quin pro fide mea aliquid cogitationum meorum S. Regiae Vestrae Maiestati perscriberem. Obscurum S. Regiae Vestrae Maiestati non est in rebus magni momenti animos oculosque subditorum in Dominum defixos et intentos esse, quo praesente non modo auctoritatem eius intervenientem feliciter agere et confidere omnia, sed difficultibus quibusvis quoquomodo interiectis mederi posse planum est. Languere autem Domino absente animos, neque tam ardenter mandatorum apud subditos esse observantiam, quam ubi eum, cuius imperata facere iubentur, coram mandantem audiunt et conspiciunt, S. Regia Vestra Maiestas vel ab inferiorum ordinum exemplo prudenter iudicare potest. Solet ea res plerunque in Comitiis aut retardare negotia, vel prorsus sine fructu Comitia dissolvere, ut taceam alia incommoda, praesertim ubi subditorum vel ordinum ad suffragia vocatorum inter se animi acerbissime dissident.

Idcirco pro mea qualicunque tenuitate vel potius ruditate ingenii, consulo S. Regiae Vestrae Maiestati illamque submisso oro, ut nisi praesentissimum incursionum hostilium vel aliud legale impedimentum obstiterit, ipsa Comitiis Regni propria in persona interesse dignetur ac clementem benignamque se omnibus ordinibus praebeat, animos vel alieniores etiam lenitate et mansuetudine vincat ac distractiones ad unanimitatem reducat, seque dissimulando multa temporis nonnihil accommodet. Qua in re ut S. Regia Vestra Maiestas nullo informatore indiget, est enim divinitus et prudentia et sapientia cum providentia singulari coniuncta excellenter donata, ita non innatam modo parentis sui piae recordationis hac in re ductricem rationem, sed ex longo iam usu vestigia illius cum Reipublicae tranquillitate et saluberrima Regni administratione habet notissima. Haec ut S. Regia Vestra Maiestas praeclare hucusque sequuta est, ita sequi illa ut ne intermittat, maiorem in modum oro. Erit hoc non modo S. Regiae Vestrae Maiestati, quod ad gubernationem attinet, utile, sed Regno dominiisque illius salutare.

Ceterum cum audiam negotium Livonicum ad ea ipsa Comitia reiectum esse, submisso oro, ut S. Regia Vestra Maiestas et hostis potentiam et Livoniae ultroneam in fidem S. Regiae Vestrae Maiestatis cessionem clementer expendat, simulque pensi habeat, quantum Livoniae ad Regnum

incorporatio commodi et utilitatis allatura sit. Idcirco de recipiendis illis Regnoque associandis se Regem S. Regia Vestra Maiestas benignissimum praebeat nihilque, quod ad sublevandos defendendosque eos spectare duxerit, intermitat vel intentatum relinquat. Ita enim S. Regia Vestra Maiestas non modo fines terrarum suarum dilatabit, sed tot provinciis Regno unitis hosti formidabilior est futura, ut taceam plurima alia, quae ex re et utilitate S. Regiae Vestrae Maiestatis inde accessura sunt. Aeternus Pater S. Regiae Vestrae Maiestati rebus in omnibus felicem successum longamque incolumentatem largiatur ac voti illam sui compotem reddat, gubernatio nemque illius regat addatque S. Regiae Vestrae Maiestati corporis et animi robur in seros annos. Datae.

Relatio Cancellarii¹²⁾

In folio separato: Regi Poloniae, 12 Martii anno 62. *Alia manu:* Auf den fal, da die landtboten altem brauch nach geschikt wurden.

1) *Quae demum 30.XI.1562 - 25.III.1563 Petri- 2) Ioannes a Kreitzen
coviae celebrata sunt.*

N. 5370.

S.l., 12.III.1562.

Albertus dux in Prussia

*Stanislao Ostrorög, castellano Międzyrzecensi,
duos equos, alterum suo, alterum filii sui nomine, mittit* («praestantiores libenter missemus, nisi multis distributionibus nostra filiique nostri stabula contracta nunc essent»).

(Latine)

Cfr. El. XLI, NN. 1837, 1849.

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5371.

S.l., 13.III.1562.

Albertus dux in Prussia

*statibus et ordinibus Regni Poloniae
sententiam suam profert de periculis ex discordia et animorum distractione
Reipublicae impendentibus et de Livonia Regno Poloniae incorporanda.*

Cfr. El. XLI, NN. 1840-1847, 1851.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus etc.

Magnifici ac Generosi, Amici nobis singulariter dilecti.

Perfertur ad nos in proximis incliti Poloniae Regni terrestribus conventibus conclusum esse, non mittendos esse ad Comitia Regni de more et consuetudine antiqua terrarum nuntios, sed totam nobilitatem eo convenire velle. Quod equidem nuntium non potuit nobis non esse tristissimum. Congeriem enim eam conventionem tanque esse novam, suspectam et antea nostro non auditam tempore, periculosum rerum omnium motum inclyto Poloniae Regno allaturum metuimus. Quae omnia etsi Magnificentia

Vestra pro sua singulari prudentia etiam nobis non monitoribus providet, facere tamen non potuimus, cum nos quoque inclito Regno insiti et incorporati simus, quin pro fide nostra debita his de rebus amanter et benigne cum Magnificentia Vestra conferremus. Obscurum Magnificentiae Vestrae non est multorum saeculorum exemplis, quam tristis fuerit Imperii pernicies animorum distractio, quae non seditiones tantum praesentissimas, sed bella quoque cruentissima peperit. Unde cum devastatis provinciis eversiones Regnorum subsecutae sint, capendum sane esse videtur ab aliis exemplum, nobis quod ex usu esse possit. Itaque cum animis in Regno Poloniae acerbissime dissidentibus ex tumultuorio eo conventu nemo sit qui non prospiciat, amanter Magnificentiam Vestram oramus obsecramusque, ut pro Dei honore, cui promovendo studiosissimam esse Magnificentiam Vestram scimus, ac pro amore patriae, cuius saluti etiam vitam et sanguinem debemus, favillam metuendi incendii extingui laboret animosque distractos ad unanimem concordiam flectat, inque pacis et tranquillitatis viam authore et gubernatore eo, qui pacem nobis caelos ascendens reliquit, qua novit dexteritate reducat. Ac non ipsa per se cogitationes eo omnes suas dirigat, sed pro summa virili omnium animos in eam quoque sententiam permovere, ut exitum tristem turbarum et tumultuum, suas denique suorumque calamitates pensi habeat, publicae plus tranquillitati quam privatis affectibus tribuat. Meminerit se hoc pietati et quam omnes profinentur religioni christiana debere, a qua alieniores animos fovere non turpe tantum, sed Deo abominabile esse. Cogitet praeterea hoc diaboli stratagemma esse ad obscurandam non modo, sed delendam in animis plurimorum accensam veritatis divinae lucem, qui ut est pater omnis discordiae ac Ecclesiae christiana aedificationem infensissima hostilitate ferre non potest, ita in destruenda ea varias technas invenit et subornat, inquietis plerunque eam ad rem auspicandam ingenii tanquam organis regni sui amplificandi accommodatissimis utitur. Inde tot turbarum, tumultuum et motuum passim in mundo conspicitur. Sed cum aeternus pater pacis et tranquillitatis omnes amantes esse iubeat, sintque tam acerbae contentiones non solum Reipublicae Christianae periculosae, sed illis ipsis quoque, qui eas exercent, tristes, miserae maximeque fugiendae, non dubitamus omnes Magnificentiae Vestrae hortatui pias aures praebituros esse, facileque illi acquieturos ac secum reputatueros hanc animorum distractionem non modo cum intestino bello coniunctam esse, sed perpetuos quoque nostros hostes, Turcas, Moschos et Tartaros Ordinemque Teutonicum, de eiusmodi motibus incredibilem laetitiam accepturos, eamque ob causam ad debellandos conterendosque nos animos faciliores magisque cordatos adiecturos esse.

Quae si unquam antea, certe his periculosissimis temporibus perpendiculari nihilque magis quam paci, concordiae et tranquillitati studendum esse nemo non videt, illud facturam Magnificentiam Vestram vel sua sponte aliquosque in eam sententiam facile perducturam esse plane confidimus. Quod si Magnificentia Vestra eam ad rem provehendam operam qualcumque nostram commodare aliquid posse duxerit, requisiti nihil in nobis desiderari patiemur.

Ceterum obscurum Magnificentiae Vestrae non est Moschorum Duce¹⁾, hostem Livoniae infensissimum, magnam eius provinciae partem cum oppidis castrisque munitissimis sui iuris fecisse, indeque ita insolescere efflatumque atque elatum esse, ut subegisse sibi iam videatur omnia, neque potestati sua quantumvis valida Regna et provincias resistere posse. Qui cum a priori immanitate nedum remittat aliquid, necessitate

urgente status et ordines afflictissimae illius provinciae sub umbram alarum S. Regiae Maiestatis Poloniae, Domini nostri clementissimi, confugere seque in clientelam Maiestatis Suae et incliti Poloniae Regni subcursionem dedere coacti sunt. Quorum submissionem etsi S. Regia Maiestas accipere clementer dignata est, tamen statibus omnibus, praecipue autem Reverendissimo fratre meo, Domino Archiepiscopo Rigensi²⁾, eam subiectionem cum summa humilitate et desiderio offerentibus, a S. Regia Maiestate Sua suprema manus ei negotio adhuc imposita non est, sed tractatio illius ad Regni Comitia reiecta. Quia vero pietatis est afflictis, praecipue autem viciniis et religionis eiusdem populis, succurrere manusque auxiliares illis praebere, amanter benigneque Magnificentiam Vestram rogatam habemus, ut quantum in illa est voto suffragioque suo preces Livoniensium iuvet calcumque illis suum addat, ut in corpus Regni recepti et insiti e faucibus hostis crudelissimi eripiantur. Qui cum oppugnando Livoniam id agat illudque unum cogitet, ut non modo eam provinciam suis terris et iugo barbarico adiiciat, sed occupata civitate Rigensi et Revalensi potiatur oceano occidentali atque ita non difficulter civitatem Gedanensem cum portu illius et toto tractu maris Balthici, quibus iam pridem inhiasse fertur, in suam potestatem redigat. Evidem vicinia illius quam Regno Poloniae adeoque omnibus Orbis Christiani Regnis et provinciis terribilis, horrenda et exitialis esset futura, Magnificentia Vestra prudenter intelligit. Quamobrem quo formidabilior est periculi magnitudo, eo vigilantiores esse nos oportet, quibus malum hoc est propinquius et quasi in limine iam. Itaque sedulo Magnificentia Vestra agat, ut Livonia Regno Poloniae adiiciatur, non modo propter reprimendum hostem, sed omnium nostrorum salutem et malum omnibus commune, tum quod ea Livoniae ad Regnum incorporatio fines Regni non postrema equidem quantitate terrae egregie ampliabit atque ita validioribus viribus unitum Regnum hosti, quantumvis magno, horrori est futurum. Haec ut Magnificentiam Vestram magis dextre et sapienter nobis expendere scimus, ita de studio illius in procurandis provehendisque omnibus hisce Regni commodis nihil plane dubitamus. De nobis illud pollicemur nos, quod vasallum Principem decet, summo studio, labore et diligentia pro debito nostro sanis illis consiliis iuvandis non defuturos, nihilque de vetere nostro erga inclitum Regnum amore pro salute illius conservanda et quibusvis noxiis avertendis remissuros esse^{a)}. Atque haec Magnificentiae Vestrae pro rerum praesentium qualitate scribenda esse ducebamus, quae ut ne secus a nobis accipiat, amanter petimus. Optamus tandem Magnificentiam Vestram rectissime valere. Datae.

Relatio Cancellarii
Idem cum Palatino Marieburgensi³⁾ et
Leschinski⁴⁾ audivit

a) *In margine:* In literis ad Lessinski haec addenda sunt:

Postremo Generositatem Vestram clementer rogatam habemus, quan-
doquidem plerique ex incliti Poloniae Regni Senatoribus et ordinibus
vitam cum morte commutarunt, novique in locum illorum designati sunt,
ne gravetur Generositas Vestra nos notitiae novitiorum insinuare ac ami-
cam illis benevolentiam nostram pro cuiusvis statu et dignitate offerre, sin-
gulosque nostro nomine et amanter et clementer rogare, ut praesentem
rerum omnium statum negotiaque nostra sibi commendatissima habeant.
Nos vicissim in demerendo et compensando ea nihil amicorum studiorum
sive clementiae praetermissuros esse.

In folio separato: Ad status et ordines aliquot Regni Poloniae, 13 Martii anno 62 etc.

Stanislaw Comiti ab Ostrorog⁵⁾, Iacobo ab Ostrorog, Ioanni de Crotosina Castellano Vladislaviensi⁶⁾, Ioanni Tomitzki Castellano Rogosnensi, Stanislaw Volski Castellano Bresinensi⁷⁾, Ioanni Bonar⁸⁾, Hieronimo Oscholinski⁹⁾, Christophoro Lassotzki Succamerario Lanciciensi¹⁰⁾, Alberto Marschewski¹¹⁾, Ioanni Priemski Notario terrestri Calissiensi¹²⁾, Capitaneo Marienburgensi Miskowski¹³⁾, Raphaeli Liessinski.

1) *Ioannes IV Basilides.*

2) *Gulielmus.*

3) *Achatius Czema.*

4) *Raphael Leszczyński.*

5) *castellanus Międzyrzecensis.*

6) *Ioannes a Krotoszyn (Krotoski).*

7) *Stanislaus Wolski.*

8) *castellanus Biecensis* († 1562).

9) *Hieronymus Ossoliński, castellanus Sandomiriensis.*

10) *Christophorus Lasocki.*

11) *Albertus Marszewski.*

12) *recte: Albertus Przyjemski* (cfr. *El. XLI, N. 1842*).

13) *Stanislaus Myszkowski.*

N. 5372.

S.l., 13.III.1562.

Albertus dux in Prussia

*Raphaeli Leszczyński, capitaneo Radziejoviensi,
de decreto conventus Srodensis nuntios terrarum ad Comitia Regni mittendi
gaudet; mittit duos fasciculos, «alterum, in quo sunt literae motui ser-
vientes, alterum vero literas de negotio Livoniensi... continentes».*

Cfr. El. XLI, N. 1848.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus etc.

Generose, Fidelis nobis dilecte.

Redditæ nobis sunt Generositatis Vestrae literæ, ex quibus cognitu nobis fuit gratissimum, in Srodensi conventu conclusum esse de more veteri mittendos esse ad Regni Comitia terrarum nuntios. Itaque quemadmodum facturos esse nos receperamus, servitores hosce nostros ad Generositatem Vestram mittimus, qui duos literarum fasciculos Generositati Vestrae reddent, alterum, in quo^a) sunt literae motui servientes, alterum vero, literas de negotio Livoniensi, sicut Generositas Vestra meminit, continentes. Dedimusque eisdem servitoribus nostris in mandatis, ut iussa Generositatis Vestrae, quocunque locorum eis ab illa ut equitent iniunctum fuerit, faciant. Arbitrio itaque Generositatis Vestrae permittimus, ut tempori et conclusionibus conventuum terrestrialium inservientes literas, id est ubi motus sunt, literas de motu, ubi vero solito more mittuntur nuntii, alteras per eundem ad quos necesse esse duxerit, sumptu nostro mittat ac de itinere ad singulos illos informet. Eas vero literas, quae missione opus non habent, apud se Generositas Vestra reservet ad internuntii usque nostri adventum.

Ceterum in eum eventum, si (quod Deus omen avertat) motus excitarentur, mittimus Generositati Vestrae in peculiari fasciculo conclusas fidei literas sine inscriptione nominum, ut si plures requirendi ex nobilitate essent, Generositas Vestra motibus excitatis ad quos volet inscribi illas nostro nomine curet, verbisque deinde nostris in eam sententiam, quam

motui inservientes tam ad Generositatem Vestram, quam alios scriptae sunt literae, orationem ad eosdem instituat, reservatis ex iisdem quoque literis ad oratoris nostri adventum illis, quibus opus Generositas Vestra non habuerit.

Quod ad numerationem pecuniae attinet, in eo gratum nobis est Generositatis Vestrae studium, petimusque, ut de loco nos eo temporiis certiores reddat. Factura nobis Generositas Vestra rem gratam ac clementia nostra compensandam. Quod superest, Generositatem Vestram rectissime valere optamus. Datae.

In folio separato: Raphaeli Lieschinski, 13 Martii anno etc. 62.

a) *in ms. quibus.*

N. 5373.

S.l., 20.III.1562.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
de die conventus commissariorum utriusque partis terminandis limitibus con-
stituto.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5374.

S.l., 20.III.1562.

*Albertus dux in Prussia
Petro Myszkowski, Cancellariae regiae praefecto,
benevolentiam erga se eius, crebris litteris confirmatam et ex sermone secreta-
rii sui Andreae Muntzer nunc cognitam, iucundissimam sibi esse nuntiat;
pro commissionibus et mandatis regiis in negotio limitum sibi missis gra-
tias agit idemque negotium commendat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5375.

S.l., 21.III.1562.

*Albertus dux in Prussia
Erhardo a Kunheim
nuntiat se ad regem scripsisse et ab eo petiisse, ut in locum commissariorum
ad negotium regundorum finium iam nominatorum alii, cum nobilibus
Kostka affinitate non coniuncti, a rege deputarentur.*

Cfr. El. XXXI, N. 827.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Erhart von Kunheim, den 21 Martii 62 etc.

Nachdem dir bewust, das wir verschiner zeit zu den grenitzen zwu-
schen den von Koska und unsern underthonen, denen von Kosboth im

Risenburgischen koniglichen commissiones und mandata ausbracht, und von ko.mt. dartzu der herr marienburgische woywode, Achatius Czema, Peter von Woyna¹⁾, heuptman zu Graudentz, und Felix von Alden zu commissarien deputiret und verordenet worden. Wortzu wir dann auch algereit unsere commissarien verordent und auch ein tag ist angesetzt und ernent worden.

Nun kompt uns von ko.mt. und dem koniglichen theil der lande Preussen schatzmeistern Johanni Koska ein schreiben zu, darin wir befinden, das andere konigliche commissarien, nemlich Raphahel von Dzialin²⁾, Melchior a Mortangen, Michahel Bapenschki und Georgius Sokoloffski, erhalten und anderweit ausbracht. So uns dann solche commissarien anzunemen bedencklich, weniger annemlich in anmerckung, das sie denen von Koska vast alle und sonderlich Raphahel von Dzialin, Johann Koska, Melchior von Mortangen und Michahel von Dzialin mit schwegerschaft und blutsfreundschaft verwant. Als haben wir disfals an ko.mt. hochstgedacht geschrieben, thun dir solch schreiben hiemit zusenden, mit angeheftem gnedigen begeren, du wollest solchs ko.mt. in underthenigkeit antworten und darauf anhalten, das ire ko.mt. die erst geordenten commissarien als vor gemeldet, Achatium von Zema, Petrum von Woyna und Felix von Alten pleiben wolle lassen. Im fall aber ire ko.mt. von den anderweit geordenten und durch Johann Koska ausgebrachten commissarien dartzu jhe etzliche verordent wissen wollen, seint wir zufriden, das der colmische und marienburgische landtrichter, Melchior Bayerski und Georgius Sockoloffski, dem herrn marienburgischen woywoden, dem heuptman von Graudentz und Felix von Alten zu commissarien werden zugeordent, die andern aber seint uns keines wegs umb der nahen blutsverwantnus willen nicht annemlich. Demnach wollest es zu den wegen fordern. Daran etc.

Ex relatione Cancellarii
Idem et Princeps audiverunt

D. Gercke

1) *Wojanowski*.

2) *Działyński*.

3) *Mortęski*.

N. 5376.

S.l., 22.III.1562.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

litteras eius, 6.III. Vilnae datas, se accepisse nuntiat; rogat, ut reginae Catharinae pro benevolentia sibi exhibita et dolore propter adversam valetudinem suam declarato gratias agat; pro litteris despotaie [Iacobi Heraclidis Basilici] sibi missis gratias agit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5377.

S.l., 25.III.1562.

Albertus dux in Prussia

Stanislaο Konarski

certiore eum reddit de filii eius Marcelli, cubicularii sui, valetudinarii ex Moldavia reditu, aegritudine et obitu (die 23.III.); pietatem et virtutes defuncti laudat et patrem consolatur; catalogum supellectilis a defuncto relictæ mittit.

(Schedula: de 360 florenis a duce Megapolensi Ioanne Alberto defuncto filio eius debitis).

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5378.

S.l., 26.III.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

querelam regis de praefecto suo Jurborgensi, quasi is novos ritus et caerimoniae in ecclesia Jurborgensi invexerit, refutat; ipse de parochi in Nowa Wola aliorumque «sacrificulorum» districtus Jurborgensis in erudiendo populo negligentia queritur.

Cfr. El. XXXI, N. 825.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.
Allatae ad me sunt litterae sub S. Regiae Vestrae Maiestatis usitato Magni Lithuaniae Ducatus sigillo manusque S. Regiae Vestrae Maiestatis subscriptione. Quibus S. Regia Vestra Maiestas de praefecto meo Jurborgensi queritur, quod is novas ceremonias in ecclesiam Jurborgensem inverxit cum multarum animarum periculo, postulatque illi hoc per me interdici atque ea, quae parrocho Jurborgensi debentur, pendi. Ad ea celare S. Regiam Vestram Maiestatem nolo, me non ita facile adduci alioqui potuisse, ut credidisset litteras eas S. Regiae Vestrae Maiestati vel perfectas vel de mente illius profectas fuisse, nisi vidi sem manu illius subsignatas esse. In tota enim illarum serie, quantum ad condicionem personae meae attinet, novum planeque inusitatum, tam in S. Regiae Vestrae Maiestatis incliti Poloniae Regni quam Magni Lithuaniae Ducatus Cancellaria, stilum repraesentant. De quo tamen non curiose contendeo, sed in me tanquam servitorem et subditum illud ipsum S. Regiae Vestrae Maiestati licere libenter agnoso, nisi quod ea res suspicionem praedictam apud me auxerit. Sinistra autem quorundam delatione impetratas esse litteras eas vel inde constat, quod me seu praefectos meos innovationis aut mutationis cuiusdam in caeremoniis vel ritibus ecclesiasticis factae accusant, cum ne cogitationes adhuc meas eiusmodi aliquid de facto instituendi subintrarit. Illud vero non nego, plerosque ex subditis Jurborgensibus submisso petuisse (ipso etiam pastore Jurborgensi, ut mei mihi retulerunt commissarii, cum desiderio idem exoptante), ut liceret illis hoc credere et amplecti, quo se salvos fieri posse, et quam ab ipso doctore Christo viam veritatis monstratam, sequendam sibi non existimarent modo, sed clarissimis Sacrae Scripturae

testimoniis, ne secus facerent, convincerentur. Illis responsum est meo nomine, per me quidem hoc eis licere.

Deinde questi quoque sunt iidem subditi de parrocho in Nowawola, quod ille praeter lectionem seu demurmurationem potius missarum nihil calleat, nihilque pensi habeat de subditis erudiendis iis in rebus, quasa) homines christianos scire refert. Imo si maxime vellet, hoc ipsum praestare per ignorantiam non posse. Petitum itaque a me est, ut magis idoneus in locum illius recipetur, qui de fidei articulis et via salutis miseram docere plebeculam posset. Quod indultum quoque a me est. An autem hoc animarum periculum sit, sicut habent S. Regiae Vestrae Maiestatis litterae, aut mutationis rituum ecclesiasticorum insimulationem mereatur, prudentius me ponderare secum S. Regia Vestra Maiestas dignet.

Praetereo hic querimoniam, quae non tantum de Novowoliensis, sed aliorum quoque sacrificulorum negligentia in erudiendo populo fere in toto districtu Jurborgensi inter alias non postrema est, ita ut plurimi etiam aduluae aetatis esse dicantur, qui orationem dominicam et elementa articulorum fidei prorsus ignorent. Qua in re etsi miseric eiusmodi succurri et animarum saluti consultum a me cupiant plerique, nihil tamen in hunc usque diem, praeter illud, de quo supra dixi, indultum per me est, multo autem minus in caeremoniis aliquid innovatum, tametsi utrumque per S. Regiam Vestram Maiestatem concessum mihi esse non obscurae diploma impignorationis Jurborgensis hisce verbis innuere videtur: Cum iurisdictionibus utriusque status tam spiritualibus quam saecularibus etc. Idcirco submisse S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ne malevolentiae illorum, qui me mutationis alicuius in caeremoniis et ritibus factae insimularunt, fidem habeat, sed potius pro pietate sua et regii officii munere aegrius ne ferat, si ovibus Christi, in certum annorum decursum per impignorationem mihi concredit, salutaribus frui herbis seu pascuis verbi divini concessero, ne si secus fecero, in die novissimo conquerentibus illis de aeterna beatitudine eis per me clausa damnationem (quod absit) illorum Deus de manibus meis poscat. Qua in re ut nihil mihi alieni de verae pietatis studio S. Regiae Vestrae Maiestatis persuadeo, ita minime spero postulaturam esse S. Regiam Vestram Maiestatem hoc, quod conscientiam meam onere aliquo afficere videatur, siquidem aliud nihil, quod ad ecclesiasticam seu spiritualem iurisdictionem attinet, mihi in pignoratio districtu eo sumpturus sum, nisi ut puritas doctrinae de Christo in ecclesiis sonet et subditis salutem aeternam animarum sipientibus satisfiat.

Quod ad reditus parrocho Jurborgensi annuatim debitos spectat, miror illum vel alios eius nomine queri, cum nihil illi ex iis, quod ego sciām, detractum sit, neque in posterum etiam (si debitum officium et quod salutarem animarum pastorem decet fecerit) detrahetur, quae in regestris preventuum Jurborgensibus ad me missis illi assignata sunt. Atque haec S. Regiae Vestrae Maiestati rescribenda esse duxi. Quam et rectissime et longissime salvam incolumemque vivere et regnare exopto. Datae.

Commissio Principis propria
praesente Burggrabio

Sub textu: Regi Poloniae, 26 Martii.

a) *in ms. quae.*

E Regio Monte, 28.III.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*pro Iacobo Moller, cive Toruniensi, a quibusdam civitatis suaे senatoribus
sive consulibus «ex concepta privata invidia» variis iniuriis affecto et
molestato, intercedit et rogat, ut sub tutela regis tuto et secure illuc versari
negotiaque sua tractare possit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

S.l., 6.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*queritur se a malevolis quibusdam accusatum esse, quasi Rigenses se auctore
ad oboedientiam et ius iurandum regi praestandum difficiles sese prae-
buissent, et asserit innocentiae hac in re suaे testimonium regem ipsum
perhibere posse.*

Cfr. El. XXXI, N. 835.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrini Charissime.

Celare S. Regiam Vestram Maiestatem non possum, magna me cum
animi perturbatione ex literis Reverendissimi fratris mei, Archiepiscopi
Rigensis¹⁾, cognovisse Illustrum Principem, amicum et fratrem mihi per-
charum, Dominum Nicolaum Radzivil Ducem Olicensem etc., Rigae
dixisse Illustritatem Suam ex quorundam sermonibus intellexisse, quod
me autore Rigenses ad oboedientiam et ius iurandum S. Regiae Vestrae
Maiestati praestandum difficiles se praebuissent. Quae res vehementer
equidem animum meum contrastavit. Quod praeter omnem culpam me per
malevolos apud Illustritatem Suam et apud Sacram quoque Regiam Maie-
statem Vestram fortassis pari modo nomen famamque meam traduci
dolendum est. Sed cum teste Deo et conscientia mea iniuriam mihi a male-
volis delatoribus istis fieri sancte adseverare possim, solatur me mens mea
certi sibi conscientia. Ac spero S. Regiam Maiestatem quoque Vestram inno-
centiae meae clementissimum testimonium perhibitaram esse ex iis, quae
illi, antequam res ad tractatus subiectionis deducebantur, notissima sunt,
ut taceam crebris literis et internuntiis de rebus Livoniae consilia mea qua-
liaunque S. Regiae Vestrae Maiestati sincero pectore communicata. Testa-
tur praeterea non obscure responsum meum, Generoso Ioanni Maczinski²⁾
datum, quid senserim quidque suaserim de subiectione Livoniensi. Qua in
re a fide S. Regiae Vestrae Maiestati debita nihil equidem alieni me com-
misisse spero. Imo si gloriari vellem, ausim hoc etiam affirmare me sua-
dendo, hortando, submonendo urgendoque non generalem modo Livonien-
sium in clientelam S. Regiae Vestrae Maiestatis cessionem fideliter adiu-
visse, sed difficultem illam civitatis quoque Rigensis ditionem et iuris
iurandi praestandi procrastinationem aegerrime tulisse modisque omnibus
contendisse, ut Reverendissimus frater meus et Rigenses in sententiam

S. Regiae Vestrae Maiestatis oboedienter descenderent. Testabuntur hoc et meae et eiusdem Reverendissimi fratris mei complures literae.

Quam ob rem cum Deum, cordium inspectorem, innocentiae meae testem habeam et culpa me vacare ipse mihi certissime sim conscientius, maiorem in modum S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut si quid eiusmodi sermonum ad aures S. Regiae Vestrae Maiestatis pervenerit, illud ne credat, neque a perpetua in S. Regiam Vestram Maiestatem fide mea remisisse me vel in posterum remissurum esse aliquid suspectur, sed me eum animi candorem cum integritate coniunctum, quem debitum semper obsequis in colenda et observanda S. Regia Vestra Maiestate, proque dignitate illius ac incliti Poloniae Regni omniumque S. Regiae Vestrae Maiestatis dominiorum et terrarum commodis et utilitatibus provehendis, contestatum reddidi, Deo assistente in ultimam usque vitalis etiam spiritus mei horam constanter me conservaturum esse clementer sibi de me S. Regia Vestra Maiestas persuadeat.

Ceterum cum perlatum ad me sit Reverendissimum fratrem meum, Archiepiscopum Rigensem, praefecturam Bauscensem novis pactionibus S. Regiae Vestrae Maiestati cessisse, non possum ea in re Illustratam Suae condolere. Meminit S. Regia Vestra Maiestas postulante illa me suasorem eidem fratri meo fuisse, ut pro districtu Kokenhausen praefecturam eam Bausensem acciperet. In quo etsi Sua Illustritas cum difficultate aliqua obsequi mihi velle videbatur, clementissima tamen S. Regiae Vestrae Maiestatis pollicitatione adiecta, quod pro iure protectorio et arcta necessitudine iura et privilegia resque archiepiscopatus illius omnes conservare ac tueri, rationesque quoque Illustratam Suae afflictas regia munificentia sublevare vellet, postulatis illius acquievit. An autem redditus et accessiones, in nova hac permutatione S. Regiae Vestrae Maiestatis nomine Illustratam Suae assignatae, promissionibus longe clementissimis aequipollent, aut rebus pro statu et dignitate Illustratam Suae necessariis sufficient, non modo pro sua clementia S. Regiam Vestram Maiestatem ponderataram esse spero, sed memorem fore illam eius, de qua paulo ante dixi, pollicitationis plane confido. Qua cum spem amplissimam Illustratam Suae fecerit, ut non modo iura et privilegia resque archiepiscopatus omnes se clementer protecturam esse, sed rationes quoque Illustratam Suae in summam angustiam redactas pro arcta necessitudine curae habituram S. Regia Vestra Maiestas benigne clementerque receperit, maiorem in modum ac submisso peto, dignetur S. Regia Vestra Maiestas Illustratam Suam subsidio aliquanto auctiore, et in quo magis gratiose eluceat regalis largitas, iuvare, ut rebus omnibus exhaustum archiepiscopatum et Principem consanguineum eiusmodi honorario a S. Regia Vestra Maiestate donatum esse constet, quod omnium hominum, in primis vero totius Marchionum et Principum coniunctorum familiae laudem et gratiarum actionem mereatur. Neque in eo tantum se Regem clementissimum praebeat, sed quemadmodum se facturam pollicita est (de quo non dubito), Illustram quoque Coadiutorem Rigensem³⁾ cum toto archiepiscopatu sibi commendatissimum habeat, proque iure protectorio non modo ipsorum Principum commodis provehendis, sed iuribus rebusque omnibus vigore privilegiorum, tam antiquitus quam ex novis accessionibus quoquomodo ad archidiaecesis pertinentibus, etiam tuendis salvisque ac illaesis conservandis recuperandisque iniuste ab eodem alienatis Regem et Dominum se benignissimum ostendat. Erit hoc S. Regiae Vestrae Maiestati ad pristinam nominis celebritatem honorificum, Deo gratum, ipsos autem Principes ea S. Regiae Vestrae Maiestatis clementia cum subditis ad omne genus grati

obsequii devinciet. Ego quoque id ipsum compensare nunquam non conabor. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere et regnare exopto. Datae.

Relatio Cancellarii⁴⁾

In folio separato: Regi Poloniae, 6 Aprillis.

1) *Gulielmus.*

2) *Ioannes Mączyński, lexicographus, secretarius Nicolai Radziwiłł «Nigri».*

3) *Christophorus dux Megapolensis.*

4) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5381.

S.l., 6.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, innocentiam suam defendit contra malevolos quosdam delatores affirmare non verentes, quasi se instigante Rigenses homagium et ius iurandum regi praestare abnuissent.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Ex literis Reverendissimi Archiepiscopi Rigensis, fratris nostri charissimi¹⁾, dolenter sane intelleximus Illustritatem Vestram Rigae in proximis illic habitis tractatibus dixisse, ex sermonibus quorundam se audivisse, quod per nos instigati Rigenses ita obstinate homagium ad Illustritatis Vestrae postulata praestare abnuissent. Quae res ut animum nostrum non parum iusto maerore affecit, ita satis mirari non possumus hominum illorum impudentiam, qui talia ad Illustritatem Vestram deferre non erubescunt. Sed facile credimus malevolentia eorum factum esse, qui regiam clementiam et amicitiae fraternitatisque hoc, quod nobis cum Illustritate Vestra intercedit, vinculum utrisque nobis invident. Nos post Deum testem salva conscientia affirmare hoc audemus, iniuriam nobis ab inquis istis delatoribus fieri, omnique nos culpa ea in re vacare, siquidem nihil minus quam hoc ipsum cogitavimus unquam nihilque fere instanter adeo Reverendissimo fratri nostro suasimus, quam ut hortatore eo status ordinesque omnes Livoniae, in primis autem civitas Rigensis, quae cum aliis difficilior eam ad rem esse videretur, in sententiam S. Regiae Maiestatis descendenter, omniaque consilia nostra eo semper pro fidei nostrae debito destinata fuerunt, ut subiectio Livoniensis in primis S. Regiae Maiestati inclitoque Poloniae Regno aliisque omnibus S. Regiae Maiestatis Suae dominiis et terris esset ex dignitate, salutaris ac utilis, cumque incremento et commodo Reipublicae coniuncta, quemadmodum haec Illustritati Vestrae ex compluribus literis et responsis nostris notissima sunt. Amanter itaque ac fraterne Illustritatem Vestram oratam habemus, ut iis, qui secus aliquid de nobis ad Illustritatem Vestram detulerunt, fidem ne habeat, neque in posterum falsis susurronibus eiusmodi aures praebeat. Multo minus autem sinistri aliquid de nobis suspicetur, sed ut paulo ante diximus, eo cogitationes omnes nostras directas esse omnino sibi persuadeat, nos ad S. Regiae Maiestatis et incliti Poloniae Regni omniumque Maiestatis Suae terrarum

commoda et emolumenta cum dignitate S. Regiae Maiestatis Suae provehenda propendere, utque fidem S. Regiae Maiestati Suae debitam, aliis vero omnibus studium nostrum ex sincero pectore contestemur, unice anniti, atque ea quoque in mente ad extrema vitae nostrae tempora constanter Deo auxiliante perseverare nos velle.

Ceterum cum ad nos perlatum sit Reverendissimum Archiepiscopum Rigensem nova iterum permutatione S. Regiae Maiestati districtum Bausensem cessisse, non possumus non Illustritati Suae condolere in eo, quod clementissimis S. Regiae Maiestatis pollicitationibus adducta, totam praefecturam Kokenhausen pro eodem districtu Bausensi S. Regiae Maiestati Suae tradidit. Spem vero, Illustritati Suae tum quidem amplissime clementerque factam, non ita clare elucere ipsa Illustritas Vestra ex provenientibus et largitione annuatim nunc Illustritati Suae assignata facile iudicare potest. Nam redditus novae praefecture per se sunt exiles, defectum autem in rebus necessariis Illustritatem Suam cum mille et sexcentis florenis in extremis angustiis suis et rerum omnium inopia supplere posse impossibile est. Quod si Illustritati Vestrae grave non esset, amanter fraterneque illam rogatam vellemus, ut pro veteri sua in Illustritatem illius benevolentia ac fraterno quoque, qui nobis cum Illustritate Vestra intercedit, amore, apud S. Regiam Maiestatem de auctiore aliqua largitione Illustritati Suae conferenda intercedere dignaretur, ita sane, ut si maxime S. Regia Maiestas ultra eam summam, quam districtus Kokenhausen ex redditibus et provenientibus suis annuatim dabat, Illustritati Suae superadderet aliquid. Evidem non male S. Regia Maiestas Sua id ipsum poneret, praesertim gratificando seni et consanguineo Principi, qui in rem et utilitatem S. Regiae Maiestatis (quod obscurum Illustritati Vestrae non est) captivitatem et custodiam satis duram et miseram ante annos aliquot sustinuit. Haec ut opera et auctoritate Illustritatis Vestrae accidente facile obtineri posse speramus, ita Illustritas Vestra nobis in eo rem tam est factura gratam, ut quam gratisimam. Reverendissimum quoque fratrem nostrum, ubi praesentibus aliquando miseriis Dei benignitate, aura meliore illi aspirante, exemptus fuerit, demeritum hoc ipsum minime dubitamus. Nos vero illud omne, quod Illustritas Vestra in iuvando eodem fratre nostro, omnibus facultatibus (ut scit) exhausto, et ad commiserendam egestatem redacto, iuribus quoque et privilegiis Illustritatis Suae confirmandis de studio, labore, opera seu diligentia sua impenderit, non secus reputaturi sumus, ac si in nos collatum esset, vicissimque per omnem occasionem Illustritati Vestrae amicam fraternalique nostram in rependendo eo benevolentiam deferimus. Cuius veterem erga nos amorem ut ne imminui Illustritas Vestra per malevolos patiatur, maiorem in modum petimus. Nos quoque de amica et fraterna erga Illustritatem Vestram voluntate nostra nihil unquam remissuri sumus. Quod superest, Illustritatem Vestram rectissime valere optamus. Datae.

Relatio Cancellarii²⁾
Idem audivit

In folio separato: Duci in Olika, 6 Aprillis.

1) *Gulielmus.*

2) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5382.

S.l., 8.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

duos equos Frisios fusci coloris mittit et de mora in mittendis eis se excusat.

(*Latine*)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5383.

S.l., 9.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

capitaneo Lomzensi [Hieronymo Modliszewski]

pro Dominico Zakrzewski (Sackreffski), districtus Lomzensis incola, in Ducatum Prussiae, ad Henricum Krösten, advocatum Cleipodiensem («hausvogt zur Memel»), et eius fratres commigrare et in bonis eorum domicilium suum collocare cupiente, intercedit et rogat, ut ei permittat praedolum, quod in eodem districtu Lomzensi habet, vendere et in recuperanda a debitoribus pecunia adesse velit.

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5384.

S.l., 12.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

litteras eius, quibus causae enumerarentur, ob quas indictis Regni Comitiis interesse non potuerit, se accepisse nuntiat; pericula et damna, ex absencia eius in Comitiis Regni promanatura, exponit ipsique persuadere conatur, ut praeter omnia et quidem gravissima impedimenta in propria persona Comitiis interesse velit.

Cfr. El. XXXI, N. 831.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Redditæ mihi sunt S. Regiae Vestrae Maiestatis literæ, quibus causæ enumerantur, ob quas S. Regia Vestra Maiestas proximis Regni Poloniae Comitiis¹⁾ interesse non possit, speratque Comitia ista ex dignitate S. Regiae Vestrae Maiestatis et commodo Reipublicæ pacata tranquillaque fore optatumque finem habitura esse. Quod ad hanc posteriorem partem attinet, equidem non minore animi desiderio ac S. Regia Vestra Maiestas laetum tranquillumque et Reipublicæ ex omni parte salutarem conventum hunc peragi exopto Deumque oro, ut ex voto et sententia S. Regiae Vestrae Maiestatis omnia agantur. Causas quoque a S. Regia Vestra Maiestate allegatas, cur conventui isti non interesse possit, satis graves nec parvi momenti esse assentior. Quibus etsi per omnia me quoque acquiescere convenit, facere tamen non potui, quin pro fidei meae debito qualemcumque animi mei sententiam S. Regiae Vestrae Maiestati aperirem.

Perfertur ad me hoc ipso die in palatinatu Cracoviensi, Sandomiriensi, Russiae, Podoliae, Lublinensi conclusum esse de non mittendis ad Comitia haec Regni de more et consuetudine veteri terrarum nuntiis, propterea quod contra Regni constitutiones S. Regiam Vestram Maiestatem illis non interfuturam intelligent. Ne autem ea res incommodi aliquid Regno pariat, missos esse ad S. Regiam Vestram Maiestatem certos quosdam internuntios, qui illam ad Comitia in propria regia persona celebranda humiliter hortarentur. Ad haec per literas submonitos esse omnes eos, qui ad haec Comitia iam convenerunt, ne quid absentibus nuntiis praedictorum palatinatum statuerent. Itaque metuere plerosque, nisi S. Regia Vestra Maiestas autoritate et praesentia sua malo huic occurrat, contrarias hasce voluntates tranquillitati Reipublicae Regni minime profuturas esse. Haec an ita se habeant, non affirmo. Si autem vera sunt, uti vera esse mihi renuntiatur, equidem dubitare quis possit, an ex commodo Reipublicae sit futurum, si S. Regia Maiestas hoc perturbato Regni statu (licet gravia sint impedimenta) a Comitiis absit, cum praeter concordiam et tranquillitatem conservandam res non minoris fortassis momenti in iis tractandae essent, quam ea, quae S. Regia Vestra Maiestas, cur in Magno Lithuaniae Ducatu ei manendum sit, pro impedimento legitimo adducit. Habent quidem illa suum pondus neque exiguum plane: foederum cum Moscho²⁾ expiratio Livoniaeque defensio. An autem animorum distractio et voluntates in Regno alienatae ei periculo, quod a Moscho impendet, non aequipolleant, clementer S. Regia Vestra Maiestas iudicare dignetur. Mihi certe parum intelligenti intestinae dissensiones hoste aliquo inferiores esse non videntur.

Cura Livoniae rerumque istic gerendarum administratio vel absente S. Regia Vestra Maiestate alteri in autoritate constituto vicesque S. Regiae Vestræ Maiestatis gerenti committi potest. An vero animorum distractiōnibus alterius quam solius S. Regiae Vestræ Maiestatis praesentia mederi possit, non video, neque pro meo rudi intellectu laedere hoc dignitatem S. Regiae Vestræ Maiestatis puto, quod in literis illa suis scribit non ex dignitate sua esse, si toties in parvo temporis spatio, post celebrata non ita pridem Lomzae Comitia, hinc et inde contendere deberet. Imo hoc plurimum expedire dignitati S. Regiae Vestræ Maiestatis, quae cum salute Reipublicae maxime coniuncta est, pro meo captu existimo. Quod si navis undarum procellis periclitans tum quidem naucleri praesentia maxime opus habet, ubi contraria ventorum vi impulsa impingere velle videtur. Quanto plus Respublica voluntatibus subditorum contrarii inter se dissidentibus Regis et Domini sui praesentia, autoritate et opera indiget, ut in eo contra dignitatem commisisse aliquid ille accusari non possit, qui pro dignitate sua et salute Reipublicae conservanda, necessitate postulante, quasi fomitem metuendi incendii deleturus subinde accurrit.

Quam ob rem cum denegata ea nuntiorum usitata missio latens aliquod malum alere mihi videatur, non certius occurri ei posse facile S. Regia Vestra Maiestas etiam me tacente animadvertis, quam si ipsa propria in persona Comitiis interesse dignabitur. Hoc si non fiet, metuendum est, ne ignis, cineribus adhuc tectus, cum intestina (quod Deus avertat) Regni seditione inflammam difficulter extinguibilem erumpat, ut taceam quod omnis perditur opera et labor in Comitiis extra S. Regiae Vestræ Maiestatis praesentiam celebrandis. Quae ut laetum habere initium et successum nequeunt, ita voluntatibus dissentientibus nihil utilitatis adferunt neque optato cum effectu, una parte praesente, altera absente, peraguntur, magisque inde ac magis animorum distractio augetur. Itaque cum inter

duo mala minus eligendum sit, pro mea fide S. Regiae Vestrae Maiestati consulo, ut res Livonienses alteri committat ac, prorogatis hisce ad breve aliquod temporis spatium Comitiis, universos terrarum nuntios reliquosque pro more veteri ad ea vocandos curet, seque propria in persona illis interfuturam promittat. Hac ratione, quicquid est in Regno difficultatis seu dissidii, aptissime sopiri ac cum fructu Comitia celebrari posse sperandum est.

Quae omnia etsi S. Regia Vestra Maiestas longe prudentius quam ego et intelligit et providet, volui tamen officii mei debitum, tanquam vasallus ac consanguineus Princeps ac membrum inclyti Regni, ea in re S. Regiae Vestrae Maiestati contestatum reddere, petoque submisso, ne secus haec accipiat, neve me in S. Regia Vestra Maiestate erudienda (quod absit) doctoris partes sumere velle existimet, sed fide mea, qua S. Regiae Vestrae Maiestati obligatus sum, adductum me haec scripsisse. Aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi S. Regiae Vestrae Maiestati omnia fausta et secunda largiatur, omniumque consilia regat et gubernet, ut post Dei honorem dignitatem S. Regiae Vestrae Maiestatis et Reipublicae salutem provehant ac quietam administrationem Regni dominiorumque omnium conservent. Tandemque S. Regiam Vestram Maiestatem diu salvam incolumemque esse facit. Datae.

Relatio Cancellarii³⁾
Princeps audivit in Nova Domo⁴⁾
Item Doctor Jonas⁵⁾

In margine alia manu: Regi Poloniae, 12 Aprillis.

- | | |
|---|--|
| 1) Quae demum 30.XI.1562 - 25.III.1563 Petri-
coviae celebrata sunt. | 3) Ioannes a Kreitzen. |
| 2) Ioannes IV Basilides, m. dux Mosco-
viae. | 4) Germanice: Neuhausen.
5) Christophorus Jonas, consiliarius ducis
Alberti. |

N. 5385.

S.l., 13.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*pro nobili Henrico a Fittinghoff, Livoniensi, ab Augusto electore Saxoniae sibi
commendato (nam eiusdem electoris fratri olim Mauricio Saxoniae elec-
tori domi militiaeque fideliter serviebat), commendationibus etiam impe-
ratoris, regis Bohemiae et archiducum Austriae praedito, intercedit et
orat, ut eum in numerum servitorum suorum recipiat et liberale ei stipen-
dium decernat; petit quoque, ut patri eius cum tota familia in aliqua arce
in Livonia receptum dare velit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5386.

Tapiau, 13.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill «Nigro» et, mutatis mutandis, Petro Myszkowski
rogat, ut negotium Henrici a Fittinghoff, Livoniensis, apud regem promoveant
(cfr. N. praeced.).*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5387.

S.l., 16.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Catharinae reginae Poloniae

pro Henrico a Fittinghoff, Livoniensi, commendationibus imperatoris [Ferdinandi I] et archiducum Austriae [Ferdinandi et Caroli] praedito, intercedit et petit, ut negotium eius regi commendet (cfr. N. 5385).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5388.

S.l., 16.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo et, mutatis mutandis, Ioanni Dulski

pro Henrico a Fittinghoff, Livoniensi, ab Augusto electore Saxoniae sibi commendato, intercedit et rogat, ut eum regi commendent, quo in numerum servitorum regiorum recipiatur et liberale stipendum consequatur (cfr. N. 5385).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5389.

Insterburgi, 16.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,

pro novitatibus secum communicatis gratias agit; de pace a Mosco de improviso fracta dolet et rogat, ut regi persuadeat, ne nimis propterea animo deficiat, sed omnia parata et instructa contra hostem praesto habeat.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Gabriel Therla, den 16 Aprilis anno 62 etc.

Wir haben euer schreiben, zur Wilda den 6 Aprilis datirt, ehr gestrigs tages zu Tapiau empfangen und daraus den inhalt notturftig verstanden. Das ir nun, weil euch die potschaft also an uns furgefallen, uns schriftlich zu ersuchen nicht underlassen mögen, nemen wir solch eur gegen uns gewogen gemuth zu gnedigem gefallen ahn und thun fur solchs schriftlich ersuchen uns gnedigst bedanken. Nichtsweniger sagen wir auch fur die mitgetheilten zeitung gnedigen danck. Und seint uns dieselben zeitung, fur nemlich aber das man noch zur zeit, wie es mit ko.mt. gesanten, seintemahl von denselben gar nichts gehöret wirt, steth, nichts wissen kan, gantz betrublich und schmertzlichen zu horen. Also auch noch vil schmertzlicher, das die ko.mt. ohne alle kundtschaft und versehen von dem feinde, dem Muscowitter, dermassen uberraschet. Wir wollen uns aber herwidderumb getrösten und versehen, das solches uberraschen und fridebrechen, ob Gott will (aus denen ursachen, weil wir allewegen gehört, das die ersten fridbrecher gemeinlich den letzten unfriden leiden mussen und das bade über sie ausgehet), mer der ko.mt. und derselben loblichen Chron als dem feinde,

soferne man auch nun furt, mer die geburenden mittel, so die hochste noth lengsten erfordert, weislichen (wie wir dann nicht zweifeln wollen, es einmahl geschehen werde) fur die handt nimbt, zum besten geschehen sein werde. Wie wir dann auch fur unser person den allerhochsten Gott umb seine gnade und gotlichen segen darzu treulich, wie bisher geschehen, anzurufen und zu bitten nicht vergessen wollen.

Nachdem wir auch nicht unratsam, sonder notwendig achten (unangesehen, das die ko.mt. irem hochweisen ko. verstande nach alle dinge wol werden zu machen wissen), das ire ko.mt. gleichwol etwas erinnert und ermanet, als sinnen und begeren wir mit gnaden an euch, ir wollet fur eure person, unser unvermerkt, ire ko.mt., das sie sich nicht zu hart bekumfern, sonder alle sachen in guter acht halten und das, was die hochste notturft, so itzt greiflichen fur augen ist, erfordert und erheischt, thun und fur die handt nehmen, ja nicht lenger verziehen oder durch die finger sehen, auch daneben, welchs ein notwendigs ist, das hauss Polotzke nach notturft dermassen bestellen und versorgen wollen, damit der grausame feindt uffn fall (den Gott gnedigen verhutten wolle) er sich darfur machete, daselbsten nichts schaffen oder ausrichten möchte, wie ir dann solchs euer von Gott verlihenen geschickligkeit nach, besser als wir schreiben mögen, zu thun und alle zimliche mass zu geben wissen werdet.

Wess alsdann hinfurt ferner allenthalben furfallen und sich begeben wirt, sein wir eurem erbieten nach eurer schriftlichen vermeldung gewertig. Und wolten euch solchs etc. Datum Insterburgk etc.

Commissio Principis propria

Idem audivit legere

L. Gogicz Maior

N. 5390.

Insterburgi, 16.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarlo,

quattuor epistulas eius se accepisse nuntiat; pro diligentia in negotio Pauli Scalichii adhibita gratias agit; de damnis a Moscovitis illatis dolet; Scalichium iterum commendat; de conatibus regis Sueciae certior fieri cupid; de reginae erga fratrem suum Gulielmum minus benevolo animo miratur et dolet; pro litteris palatini Marienburgensis ad Gabrielem Tarlo sibi transmissis gratias agit; litteras ducis Finlandiae sibi remitti petiti.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Bernhart Pohubeln, den 16 Aprilis 62 etc.

Wir haben kurtzlich nacheinander vier deiner schreiben empfangen und daraus allen inhalt, den wir zu repetiren unnötig achten, nach lenge eingenommen und verstanden. Sovil nun die 2 deine schreiben, so zu Rappin datirt, anlangt, achten wir dieselben, weil du darinnen dich auf die 2 letztern referirest, sonderlichen zu beantworten unnötig. Und thun uns in somma wegen alles deines vertraulichen anzeigen und vermeldens, auch wess du dem hern Schalicher furderlichen gewest und dich noch erbieten thust, gnediglich bedancken. Sinnen daneben mit gnaden, du wollest von demselben deinem vleis nicht abstehn, sonder gethonem erbieten gemess also immer furtfaren und beharren etc.

Das der ko.mt. durch den feindt, den Muscowitter, schaden geschehen, hören wir warlich mit grossen schmertzen. Ist uns von hertzen leidt, das man

nicht bessere aufsicht und kundtschaft als bisher gehalten pfleget. Weil es dann nun geschehen, muss es dem willen des Allerhochsten ergeben und unserer mannichfaltigen sunde und ubertretung zugerechent werden. Zweifeln aber nicht, die ko.mt. etc. werde als der hochverstendige weise konige nuhmer sehen, wes zu thun und furzunemen sein wirt.

Fur unser person wollen wir den lieben Gott (wie auch bisher von uns beschehen) demutiglich, das seine gotliche allmacht dem grausamen feinde sein tiranisches furnemen einmahl steuren und alles zum besten, ruhe, fride und einigkeit wenden wolle, anrufen und bitten.

Was den Schalicher betrifft, ist uns gleicher gestalt nicht lieb, das der gute herr also lang aufgezogert und durch seine abgontstige [n] also mer gehindert den gefurdert. Herwidderumb haben wir aber gern vernohmen, weil du deinem duncken nach sovil vermercket, das sein person uff unser intercession und furschriften mit einer ko. gnade und auslosung in seiner herberg unzweiflich solle versehen werden, und das er gleichwol an deinem hern noch ein trost habe etc. Dieweil wir dann je gerne dem guten hern geholfen sehen, als begeren wir mit gnaden, du wollest mit deinem hern disfals halben treulich nach gelegenheit reden und anhalten, das er mit treuem vleise bey der ko.mt. dahin persuadiren und befordin wolle, damit gedachter herr Schalicher die lange zeit nicht vergebens und villeicht, do er also blos wider abgefertigt, der ko.mt. zu spot droben gelegen und sein gelt verzert haben, sonder konigliche gnade und ergetzung des unkostens erlangen möge. Dann warlich wess die ko.mt. dem guten hern theten, were unsers ermessens, weil wir alle seine gelegenheit und armut wissen, nicht ubel angelegt. Und konte irer mt. bey der ro.key.mt.¹⁾, wie wir erachten, keinen argwohn bringen, obgleich dieselb inen seinem begeren nach fur einen diener bestelleten, anmerckendt, das je solche bestallung allweg also dahin zu richten, als were sy der meinung geschehen, das sich die ko.mt. zwuschen der ro.key.mt. und dem mergedachten hern Schalicher fur einen versuhner und mediatorem wolte gebrauchen lassen. Zudemē wissen wir auch, das irer ko.mt. der gute herr nutzlich und wol dienen möchte etc.

Ferner haben wir aus ermelten deinen schreiben, wess fur ein unversehentlicher fall sich in mergedachts hern Schalichers herberg zugetragen, und das unser furman daruber entleibet, vermerckt, ob welchem wir ein gnediges mitleiden haben und ist uns leidt. Wollen hoffen, weil die theter, wie du schreibest, ernstlich citiret, solche missethadt nicht fur genossen werde ausgehn. Wie wir dann auch hirneben an dich begeren, du wollest bey deinem hern befurdern und anhalten helfen, uff das ein ernst gegen sie gebraucht und alsdann, do solcher frevel fur genossen hinginge, die ko.mt. nicht zu beschuldigen sein möge, als were ein solchs bade uff den hern Schalicher villeicht bestellet. Dann warlich zu besorgen, do solche und dergleichen gewalt dismahl übersehen, es möchte einmahl andern und hohern personen auch begegenen etc.

Die schwedischen gesandten betreffendt, und das man noch zur zeit, wess sie ausgerichtet, nicht wissen kan, also auch das sich allerley seltzame hendel und anschlege zu vermuten, wollen wir neben deme, wie sich der Schwede im Revelischen verhelt und wess man fur vermutung zu derselben herschaft tregt, in sich ruhen lassen und von dir und deinem hern, wess derhalben und sonst, des uns zu wissen vonnöthen, ans licht kumbt, schriftliche erklerung gewarten, wie wir dann, das du auf alle dinge gute aufmercken geben und uns alsdann, wes zimlich, vermelden wollest, abermal gnedigist begeren.

Letzlichen verstehn wir auch, das unser herr bruder, marggraf Wilhelm etc.²⁾, irer liebden secretarien, Lux Hubnern, und, wie es sich ansehen lest, in der probstey handlung an die ko.mt. gesendet, auch wie hart sich etliche wider unsern geliebten brudern erzeigen und was gestalt sich unsere gnedige frau, die konigin³⁾, wider unsern brudern, villeicht durch hoher leuth bewegen, andere zu furdern gebrauchen lest. Solchs müssen wir Gott bevelhen und bitten seine allmacht, sie wolle denjenigen, so die ko.mt. wider unsern geliebten brudern etwas unbillich zu furdern bewegen, den geburenden lohn (des ohne zweifel zu seiner zeit geschehen wirt) geben. Hetten uns aber gantz nicht verhofft, das sich unsere g. frau, die konigin, dergestalt wie itzt erscheinet, hette bewegen lassen, sonder villmehr gemeint, ire mt. solte vilmehr die verwantnuss, zuforderst aber unsere treu, die wir allewege zu erzeigen an uns gegen irer ko.mt. nichts erwinden lassen, angesehen und hochermelten unsern geliebten brudern umb unserntwillen (weil s.l. irer mt. nicht vil dienet) furderung und nicht etwas zuwider gethon haben. Nachdem es dann in dem fall also ergehet, wollen wirs neben dem obbemelten, nichts weniger auch das dem lieben Gott bevelhen, wess sich der herr wilnische woywode⁴⁾ wegen des probsteyhandels gegen hochermelter unser g.frauen, der konigin etc., horen lassen, und seine allmacht, das dieselb irer ko.mt. das hertz endern und unsren geliebten brudern gleichwol, wie wir nicht zweifeln, erhalten wolle, embsiglich bitten und flehen. Und dieweil wir hiebevorn schir fur einem jare deinem herrn, wess er unsere g. frau, die konigin, wegen beforderung des probsteyhandels berichten und erinnern solle, geschrieben, als begeren wir, du wollest deinen herrn bitten, das ehr ire mt. desselben schreibens noch einsten erinnern wolle etc.

Die ubersendte copie des hern marienburgischen woywoden⁵⁾ schreiben an deinen hern⁶⁾ haben wir empfangen und solle solchs wol bey uns in vertrauen gehalten werden. Thun uns des ubersendens halben mit gnaden bedancken.

Wollen auch der vier wagenross und zelters, davon du meldest, gewartet.

Schlieslichen thun wir dir des hertzogen aus Finlandt⁷⁾ schreiben widerzusenden der ursachen halben, obs villeicht dein herr bedurfte. Und wolten dir solchs alles etc. Datum Insterburgk etc.

Commissio Principis propria

Idem audivit legere

L. Gögicz Maior

1) *Ferdinandus I.*

5) *Achatius Czema.*

2) *archiepiscopus Rigensis.*

6) *Gabriel Tarlo.*

3) *Catharina.*

7) *Ioannes dux Finlandiae.*

4) *Nicolaus Radziwill «Niger».*

N. 5391.

Insterburgi, 17.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Mączyński, Nicolai Radziwill «Nigri» secretario,

per capitaneum suum Rastenburgensem, Ioannem ab Hoit, cum fratre suo ger-
mano Vilnam proficiscentem, salutat eum et rogat, ut ipsum in negotiis
quibusdam expediendis iuvare velit.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5392.

S.l., 19.IV.1562.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo et, mutatis mutandis, Nicolao Łaski
per stabuli sui magistrum equum dono mittit.*

(Germanice)

Cfr. El. XLI, N. 1852.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5393.

Krupiszki, 23.IV.1562.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
miratur et queritur de acerbo et indignato regis responso ad litteras suas, quibus petebat, ut novi commissarii terminandis limitibus deputarentur.*

Cfr. El. XXXI, N. 827.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, me literas eiusdem, Vilnae 7 Aprilis datas, accepisse earumque sensum non sine maore cognovisse, siquidem in iis non modo inusitatum stilum, sed quandam quasi indignationem S. Regiae Maiestatis Vestrae erga me deprehendi et cognovi. Id mihi eo dolet vehementius, quod scio et cum bona conscientia dicere possum, me nullam occasionem huic inclemantiae praebuisse, sed citra iactantiam hactenus, uti fidelem et vasallum decet Principem, erga S. Regiam Maiestatem Vestram me exhibuisse. Quod autem S. Regia Maiestas Vestra, contra me per aliquem fortassis susurronem concitata, alienor a me facta est, id Deo Optimo Maximo committere meque innocentia mea et conscientia interim consolari oportet, quae mihi testimonium perhibet, quod sine meo merito haec ita mihi accidunt.

Quoniam vero S. Regia Maiestas Vestra hactenus meam erga se fidem, observantiam debitam et diligentem obsequiorum meorum promptitudinem multis, ut spero, argumentis publice privatimque experta est, itaque vehementer et submisso oro, ne S. Regia Maiestas Vestra aliud sibi de me in hac mea senecta aetate persuadere patiatur, quam quod eundem animum obsequii et reverentiae plenum, quem decet habere fidelem, vasallum et cognatum Principem, ad extrellum vitae meae terminum retenturus sim, neve S. Regia Maiestas Vestra aliorum delationibus fidem habeat, aut instigatoribus aures accommodet, sed in pristina erga me clementia et benevolentia regia perseveret. Et quanquam contradicere non possum, habere S. Regiam Maiestatem Vestram plenam designandi commissarios, quos vult, potestatem, tamen nihil dubito, quin S. Regia Maiestas Vestra pro sua sapientia etiam intelligat non esse inusitatum aut iniquum, si ordinati commissarii alterutri parti aliquomodo sint suspecti, quin eos propter iustas et legitimas rationes recusare aut reiicere queant.

Cum igitur Generosus Dominus Kostka, Castellanus Gedanensis, arcta sanguinis necessitudine eos attingat, qui cum subditis meis controversiam

de limitibus habent, non spero mihi vitio verti posse, si alium in eius locum substituendum petierim, siquidem S. Regiae Maiestatis Vestrae subditis tantundem quoque iuris relictum est, ut suspectos quoslibet commissarios meos recusare et alios postulare possint, qui ipsis nunquam dene-gantur. Sed utut haec se habent, tamen etiam in hac re voluntati S. Regiae Maiestatis Vestrae me libenter accommodabo, nec impediam, quin iam ordinati a S. Regia Maiestate Vestra commissarii pro hac vice maneant, limites inspiciant, et diligentiam adhibeant, si ex aequitate possint terminare, ut tam S. Regia Maiestas Vestra quam ego ipse tantis molestiis et cre-bris interpellationibus levemur. Quod quidem S. Regiae Maiestati Vestrae pro eo maerore, quem ex proximis eiusdem literis perceperam, subdite celare non potui, iterum subiectissime petens, S. Regia Maiestas Vestra pristinum et usitatum suum erga me favorem ac clementiam retinere, nec propter falsos rumores, qui nunquam perpetuis temporibus de me probabantur, alienior a me esse velit. Id ego subditis meis studiis et debitis serviis semper promereri conabor. Commendo S. Regiam Maiestatem Vestram Deo omnipotenti longissimis temporibus salvam, in columem et felicem conservandam.

Ex relatione secretarii
Princeps audivit in Cropschken

In folio separato: Regi Poloniae, 23 Aprilis.

N. 5394.

S.l., 23.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Petro Paulo Vergerio

ternas litteras eius se accepisse nuntiat et de meliore valetudine eius gaudet; scripta de Concilio Tridentino cum scholiis eius ad se missa sibi grata fuisse iudiciumque eius de eodem Concilio sibi probari; de legatione in Poloniammittenda se certiorem fieri petit; in negotio suo Pruthenico praestare arbitratur, ut nulla interim tractatio cum Ordinis Theutonicorum magistro suscipiatur; adventum nepotis eius se exspectare significat; pro novitatibus, «partim iucundis, partim iniucundis», sibi communicatis gratias agit; de turbis in causa religionis in Gallia excitatis dolet etc.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Reverende, nobis sincere dilecte.

Paulo ante quam per nuntium Virtenbergensem binas Reverendae Dominationis Vestrae literas acciperemus, ternae nobis erant illius literae redditiae, cum servitore nostro Thimotheo scriptae. Ex quibus omnibus valetudinis Reverendae Dominationis Vestrae condicionem intelleximus. Quam etsi per omnia illi integre adhuc redditam non esse dolemus, iucundum tamen nobis fuit cognitu melius Reverendam Dominationem Vestram quam antea nunc habere, optamusque a Domino Deo, ut propediem rectissime convalescat.

Scripta de Concilio Tridentino cum scholiis Reverendae Dominationis Vestrae ad nos missa nobis fuerunt gratissima, iussimusque omnia ea, quae Reverenda Dominatio Vestra voluit, describi et ad Illustrem Dominum

Palatinum Vilnensem¹⁾ mitti. Probamus quoque iudicium Reverendae Dominationis Vestrae de eodem Concilio, tametsi illud processurum minime putamus. Quis enim nisi prorsus rudis Pontificis consilium non olfaceret? Quod vero Reverenda Dominatio Vestra eam Concilii indictio nem belli fomitem alere existimat, idem nos quoque subtimemus. Sed qui in altis habitat et adversariorum suorum consilia ridet, non patietur lucem Evangelii vel honorem nominis sui extingui, neque membra Ecclesiae suae omnino deleri, imo in mediis bellorum fluctibus et tempestatibus ipse, somno excitus, piorum naviculam proteget, dummodo et ii, qui se christianos profitentur, vitae emendationi studeant atque assidua oratione aeterni Patris opem supplices implorent.

De legatione in Poloniammittenda quid sperandum sit, certiores, sicut promittit Reverenda Dominatio Vestra, fieri petimus. Quod vero in negotio matrimoniali praeter culpam res aliter, quam Reverenda Dominatio Vestra putaverat, cecidit, Deo committendum esse censemus, neque dubitamus, quin per se Reverenda Dominatio Vestra hoc nomine apud S. Regiam Maiestatem excusata sit, quam tamen nos quoque excusaturi sumus.

De negotio Prutenico quod serius respondemus, hoc aegrius Reverenda Dominatio Vestra ne ferat. Per oblivionem enim eorum, quibus id mandati dederamus, inter multa alia negotia praetermissum est. In primis autem gratum nobis est studium et diligentia Reverendae Dominationis Vestrae in procurandis rebus nostris praestita, quam per omnem occasionem compensaturi sumus. Quod vero Reverenda Dominatio Vestra scire cupit, quid sibi porro faciundum sit, refertque se ad Illustrissimi Domini consanguinei et affinis nostri, Domini Ducas Wirtenbergensis²⁾, literas^{a)}, in eo sententiae et consilio dicti Domini Ducas per omnia subscribimus ac praestare arbitramur, ut nulla prorsus tractatio cum Magistro suscipiat resque tota in posterum Deo committatur, cuius voluntati et dispositioni nos nostraque omnia submittimus. Si quid tamen Reverenda Dominatio Vestra hoc nomine in detrimentum nostrum agitari a quoquam cognoverit, hoc ut prudentia sua impediri, ea vero, quae in rem nostram spectare duxerit, iuvari petimus. Pro vino, ab Electore Palatino³⁾ et Principe⁴⁾ Reverendae Dominationis Vestrae nobis dono dato, gratias agimus, relaturi hoc ipsum quacunque in re poterimus, clementerque cupimus, ut Reverenda quoque Dominatio Vestra iisdem Principibus verbis nostris hoc nomine gratias agat.

Adventum nepotis Reverendae Dominationis Vestrae⁵⁾ expectamus, ut quae per illum se significaturam nobis esse scribit, cognoscamus.

De novis in ternis prioribus literis nobis communicatis gratias agimus. Quae partim iucundae, partim iniucundae sunt cogniti. Laetamur accensam in Franciae Regno Evangelii lucem, quam vires cum multorum salute sumere optamus. Gratum quoque nobis accidit, quod Reverenda Dominatio Vestra nos notitia et favori Domini Navarrae Regis⁶⁾ per suum nepotem Ludovicum insinuare constituit. Factura nobis rem gratissimam.

Quod ad posteriores Reverendae Dominationis Vestrae literas cum nuntio Wirtenbergico ad nos missas attinet, libenter ea audivimus, quae nobis Reverenda Dominatio Vestra in iisdem communicat. Quod vero Reverenda Dominatio Vestra existimare se scribit Principes Naumburgi congregatos de defensione contra Papam⁷⁾ egisse, de eo nihil ad nos perlatum est. Quod si actum esse aliquid tale certo cognoverit, communicari nobis petimus. Quae de Palatini Wilnensis defectione ad papatum et de matrimonio Muschovitico sparsa esse istic scribit, vana sunt, tametsi quidem Moschum⁸⁾ ambiisse unam ex sororibus Regis verum sit, sed in hunc usque diem frustra etc.

Turbas in causa religionis per Galliam excitari ut dolendum est, ita rogandus est Deus, ut spiritum pacis et tranquillitatis cordibus hominum illorum, qui oppugnanda fortassis veritati eos motus crient, immittat et ad verum ac unanimum omnes in religione consensum flectat.

De Francisco a Portu propter Evangelium Italia exule, quae ad nos Reverenda Dominatio Vestra scribit, intelleximus. Is cum talis sit, sicut a Reverenda Dominatione Vestra commendatur, deliberabimus de eo cum Academiae nostrae professoribus, ac quid factum velimus, per primum aliquem opportunum nuntium Reverendae Dominationi Vestrae respondebimus.

Quod Reverenda Dominatio Vestra ex consilio Principis sui ad termas se ituram scribit, felix hoc et faustum illi esse exoptamus, utque ea lotio integrum Reverendae Dominationi Vestrae valetudinem restituat, quod illi ex animo favemus. Atque haec ad scripta Reverendae Dominationis Vestrae respondenda esse duximus. Quam in multos adhuc annos ad gloriam Christi amplificandam et Ecclesiae suae aedificationem superstitem esse precamur. Datae.

Commissio Principis propria

In folio separato: Vergerio, 23 Aprilis. Regestratum. Collationatum.

- | | |
|---|---------------------------------|
| a) <i>verbum in ms. deest.</i> | 5) <i>Aurelius Vergerius.</i> |
| 1) <i>Nicolaus Radziwill «Niger».</i> | 6) <i>Antonius.</i> |
| 2) <i>Christophorus († 1568).</i> | 7) <i>Pius IV.</i> |
| 3) <i>Fridericus III, elector palatinus Rheni
(† 1576).</i> | 8) <i>Ioannes IV Basilides.</i> |
| 4) <i>Christophorus dux Wirtembergensis, cuius
Vergerius erat consiliarius.</i> | |

N. 5395.

S.l., 24.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

*Petro Myszkowski, secretario regio, Cancellariae regiae praefecto,
de aliquot litteris regiis recens a se acceptis, in usitato hactenus stylo conscrip-
tis et pristina erga se clementia parentibus, queritur.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus etc.

Salutem et benevolentiam nostram.

Reverende ac Generose, Amice nobis sincere dilecte.

Recenti memoria tenemus Reverendam Generositatem Vestram saepius sua nobis officia in expediendis nostris negotiis obtulisse, cuius etiam opera non contemnenda hactenus usi fuimus. Qua de re gratias illi et nunc agimus et porro habituri sumus.

Ceterum Reverendam Generositatem Vestram amanter celare non possumus nos ab eo tempore, quo Reverenda Generositas Vestra Cancellariae regiae administrationem sive praefecturam obtinuit, aliquot literas, S. Regiae Maiestatis Poloniae etc., Domini nostri clementissimi, nomine scriptas, accepisse, in quibus nec stylum Cancellariae usitatum, nec pristinam S. Regiae Maiestatis erga nos clementiam cognoscere potuimus. Quod nobis sane, pro eo ac decet, aegre accidit vehementerque nos conturbavit, praesertim cum nobis non constet, qua causa quove merito nostro factum

sit, nobisque conscientia nostra testetur nos alicui indignationi regiae occasionem non praebuisse. Quoniam autem magnopere nobis dolet nos falso fortassis delatos esse, facere non potuimus, quin pro singulari fiducia, quam de Reverenda Generositate Vestra conceptam habemus, eidem hoc per literas significaremus, amanter petentes, Reverenda Generositas Vestra, pro suo officio et studio saepius nobis oblato, spem et expectationem nostram expletat, innocentiam defendat et existimationem nostram convellere non sinat. In primis vero det operam, ne in hac senecta aetate nostra tam mordaces et aculeatae literae nomine S. Regiae Maiestatis nobis immerentibus scribantur, sed ut in iis rebus, quas legitimis rationibus et aequitati consentaneis a S. Regia Maiestate petituri sumus, aequum responsum et clemens obtineamus. Hoc erga Reverendam Generositatem Vestram amicis studiis, gratitudine et benevolentia mutua promerebimur. Datae.

Princeps audivit
praesente F. Canitz

In folio separato: Petro Miskowski, 24 Aprilis.

N. 5396.

[Ragnetae], 24.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
de litteris, ex Cancellaria regia fere cottidie sibi allatis, manu propria regis subscriptis,
in usitato hactenus stylo exaratis et acerbis, queritur et rogat, ut
innocentiam suam et fidem regi demonstret (cfr. N. praeced.).
Ostpr. Fol., vol. 46.*

An Gabriel Therla, den 24 Aprilis 62 etc.

Wir zweifeln nicht, ir als der nuhmer von jugendlt auf umb die cum titulo ko.mt. zu Poln etc. gewesen, werdet euch aus vilen vorgewesenen handlungen erinnern, mit underthenigen treuen ire ko.mt. wir, sonder ruhm zu schreiben, gemeinet, und noch wollen auch wol mit gutem gewissen sagen und von uns schreiben, das obwol leuth sein mögen, die irer vernunft und dem vermögen nach irer ko.mt. mehr und nutzlicher dienen konnen, das wir doch gleichwol, sovil die treuheit belangt, niemanden nichts nachgeben, sonder wo nicht mit mehrer, doch andern gleich in treuheit, die irer mt. zu nutz gereichen mag, erfunden werden wollen, auch je and alle wegen erfunden sein.

Nun müssen wir in unserm schwachen alder mit schmertzen erfahren, das uns fast teglichen gar ungewonliche, ja fast ungnedige schreiben (wie wirs nicht anderst urtheiln können) aus der königlichen cantzley, mit irer ko.mt. eigen handt underschrieben, zukommen. Dann was uns itzo diser tage, do wir uns nurnt dessen beschwert, das den Cosken, mit denen wir etzlicher landtgrenzen halben zu thun, ire nahen freunde zu commissarien geben, fur ein spitzig schreiben, geschwigen anderer, so zuvorn höregang, zukommen, das ist furhanden. Daneben in was schimpflichem verdacht man uns heldt der stadt Riga subiection halben, davon wissen vast auch gemeine leuthe zu reden. Welchs uns warlich in unserm schwachen alder zum hochsten krencket, sonderlich das es uns über rumb

hertzliche treu begegenen solle. So wir dann nach itziger gelegenheit darzu nicht mer thun können, dann solche handlungen, Gott dem herrn unsere unschuld, derne auch solche am besten bewust, zu bevelhen, haben wir doch nicht underlassen können, dann euch solchs schmertzlich zu klagen.

Und begeren gnedigist uff das vertrauen, so wir fur andern zu eurer person tragen, ir wollet dise unser beschwer, darein wir doch zu hochster unschuld gesetzet, der ko.mt. in vertrauen furbringen und ire ko.mt. zum underthenigsten bitten, sy wolle sich doch nicht gegen uns verhetzen lassen und uns in unserm schwachen alder mit dergleichen ungnediger gewogenheit und schriften beschweren, dann ob es nun wol der Allerhochste mit uns dermassen geordent und geschickt, das wir leibes schwachheit und anders halben bey iren ko.mt. in eigener person nicht thun können, wes wir in ehezeiten vermochten, wollen wir doch, soweit sich unser verstandt erstregkt, nochmals unsere schuldige treu zu beweisen, im geringsten nicht mangelhaft erfunden werden, abermals begerendt, ir wollet euch dise uns unbillich zugefugte beschwer angelegen sein lassen und bey ko.mt. unsere unschuld retten und dahin befordern helfen, do uns jemands im wenigsten bey irer mt. beschuldigt, das ire ko.mt. uns höre. So wir dann die beschuldigung wie geburlich nicht ablegen kondten und ire mt. sich alsdann wie itzo gegen uns zu erzeigen befugt, müssen wirs pillich leiden. Seindt aber gewiss, das ire ko.mt. solche ursachen bey uns nicht finden werden. Umb euch aber wollen wir des etc.

Princeps audivit
praesente Canicz

Secretarius

N. 5397.

Ragnetae, 24.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

gratias agit, quod se de quibusdam suspicionibus a nonnullis immerito de se conceptis certiorem fecerit, et fidem suam erga regem protestatur; rogat, ut sibi secreto significet, quid eiusmodi accusatores sui de se sparserint, et regi persuadere conetur, ne sibi facile succenseat; de Mosci effrenata licentia dolet; a Deo precatur, ut notum matrimonium (scil. inter reginulam Catharinam et Ioannem ducem Finlandiae ineundum) ad felicem exitum ducatur.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Erhart von Kunheim, den 24 Aprilis anno 62 etc.

Wir haben dein schreiben, den 6 Aprilis datirt, bekommen und daraus, wess du mit eigener handt geschriben und uns vertreulich des verdachts halben, darinne wir des orths auch von den furnembsten gehalten, melden thust, verstanden. Nun sagen wir dir fur solche deine underthenige anzeigen, dabey wir sovil mehr deine treu spuren, gnedigen danck und seinds gnedigen zu beschulden gewogen. Ob uns nun wol aus solcher deiner anzeigen allerley bedenken furlaffen, so trösten wir uns doch dessen, das wir unserer hendel gar keine scheu haben, daneben des gewiss sein, wie mit fugen, weniger mit offbarer und in unserer gegenwart beschuldigung

überwiesen werden können oder sollen, das wir im wenigsten unserer treu und pflicht nach die ko.mt. nicht treulich meynen oder das nicht furdern, das zu vermehrung irer mt. ehre und wolfart gereichen möcht.

Do wir nun aus andern daruber beschuldigt, wissen wir doch, uns vor Gott und den menschen daran unrecht geschicht, und stellen die rach in die gewalt des Allerhochsten. Weil wir aber gleichwol die wort oder reden, wie die gelautet, auch von wehme und welcher gestalt sy geredet, gern wissen wolten, als begern wir gnedigst, du wollest uns dieselben in hochstem vertrauen vermelden und ursach suchen, wie du kanst und magst, damit du der ko.mt. solche unschuld fuglich anzeigen mögest. Daneben aber wollest ire ko.mt. zum underthenigsten bitten, ire mt. geruhen sich den gnedigen herrn gegen uns zu erzeigen und sich gegen uns nicht verhetzen zu lassen. Des sollen ire mt. befinden, das wir in verpflichter treu jederzeit und wie, ohne rumb, bishere unverruckt wollen erfunden werden.

Das der Muscowitter also seinen willen hat und ime kein widerstandt geschicht, darzu können wir nicht mer, dann das wirs uns leidt sein lassen, weil wir befinden, das unsere treumeinende bedencken der orth wenig oder gar nichts geacht werden, Gott bittendt, er wolle die armen bedruckten mit gnaden trosten und sy durch seine kraft erreten. Also wunschen wir und bitten auch von Gott dem allerhochsten, so die bewuste heirat iren vortgang haben solle, das es zu seinem gotlichen lobe und ehre gereichen thue. Lorentz Fentzel hat uns von den dingen wol etwas berichtet, der finlendische gesandte aber ungeachtet, das er sich erbothen, uns oder unsere dienere anzusprechen, der ist uneingesprochen durchgezogen. Darumb wir von ime keinen bericht erlangt. Begeren derhalben gnedigst, du wollest uns von solchem beschlus sovil immer zimlich mittheilung thun. Daran etc. Datum Ragnit.

Princeps audivit
praesente F[rigerico] a Kanicz

L. Gogicz Maior

N. 5398.

Tilsae, 28.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismando Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwill "Nigro" et Petro Myszkowski significat se consiliario suo Venceslao Schack iniunxisse, ut nomine suo eum conveniret, officiose salutaret et negotia quaedam sua ei exponeret; rogat, ut eundem internuntium suum clementer audiat et nomine suo loquenti indubitatam fidem adhibeat.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5399.

S.l., 28.IV.1562.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, ad se recens perlatum esse de hostili Moscovitarum in dominia Regni irrupitione crudelique vastatione ibi patrata nuntiat regemque hortatur, ut omnes cogitationes suas eo dirigat, ne inde ipse et eius dominia detrimetur capiant.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Officia nostra etc.

Illustris Princeps, Amice ac Frater singulariter nobis dilecte.

Illustritatem Vestram amanter celare non possumus, et literis certorum hominum et sermonibus ad nos his diebus perlatum esse de hostili irruptione et crudeli vastatione Moscovitarum in dominiis S. Regiae Maiestatis Poloniae etc., Domini nostri clementissimi. Quod quidem credere nec voluimus nec potuimus, cum persuasum nobis esset, quemadmodum vulgaris rumoribus ferebatur, Moschum¹⁾ cum S. Regia Maiestate pacem et foedus firmiter servaturum. Quia vero longe lateque grassando et populando, ac nuntium S. Regiae Maiestatis detinendo, ut nobis a fide dignis nunc perscriptum est, apertam vim et hostilitatem suam satis declarat, varias nobis cogitationes ea res suggerit, praesertim cum ad reprimendam tanti hostis potentiam nimis lente omnia comparentur, ita sane, ut vereamur, ne aut hostis omnes suas vires et potentiam contra S. Regiam Maiestatem exercere et fortunam suam experiri, aut Regiam Suam Maiestatem inopinatam opprimere cogitet. Id quod nobis, pro eo uti decet, vehementer dolet nosque plane perturbatos reddidit.

Facere igitur non potuimus, quin pro fraterna nostra fiducia, quam de Illustritate Vestra conceptam habemus, eandem his nostris literis amanter hoc nomine inviseremus. Et quanquam obscurum nobis non est Illustritatem Vestram, quae prae ceteris omnibus apud S. Regiam Maiestatem singulari auctoritate pollet (uti Illustritatis Vestrae praeclarae et divinitus concessae dotes et virtutes merentur), consilio, ope et opera plurimum valere, sic ut salutaria consilia S. Regiae Maiestati Suae suppeditare possit, tamen pro fraterno nostro erga Illustritatem Vestram amore eandem amanter monendam duximus, ut omnia sua consilia, cogitationes et facta contra hostem (cuius potentia minime contemnenda est) eo dirigere dignetur, ut inde S. Regia Maiestas et inclytum Poloniae Regnum, cum Magno Lythuaniae Ducatu reliquisque incorporatis terris et dominiis, nihil detrimenti capiant et in tempore ingruentibus periculis obviam eatur (quod nos omnes, qui S. Regiae Maiestati fidelitate obstricti sumus, cogitare, prospicere et in medium consulere convenit), sed ut Illustritatis Vestrae nomen, auctoritas et dignitas amplior et illustrior per hoc reddatur, id quod Illustritati Vestrae ex animo favemus et a Deo Optimo Maximo, ut felices successus ad id largiatur et concedat, suppliciter petimus, amanter et fraterne rogantes, Illustritas Vestra haec, uti a nobis ex fraterno et sincero pectore proficiscuntur, ita in meliorem partem accipere ac interpretari velit, neque ex curiositate aliqua, sed ex vero et flagrante studio atque amore, quo S. Regiam Maiestatem Vestramque Illustritatem complectimur, promanare opinetur. Hoc nobis gratissimum accidet. Committimus Illustritatem Vestram etc.

Cedula

Ceterum Illustritatem Vestram amanter petimus, ut de condicione et apparatu bellico Moscovitarum, quantum Illustritati Vestrae cognitum est quantumque scire licet, brevibus saltem verbis certiores nos facere non gravetur. Hoc vicissim compensare amice studebimus. Datum ut in literis.

In folio separato: Palatino Vilnensi, 28 Aprilis.

1) *Ioannes IV Basilides, m. dux Moscoviae.*

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*licet ipse maiore quantitate pulveris tormentarii nunc careat, tamen centum
centenarios pulveris interim regi mittere pollicetur.*

Cfr. El. XXXI, N. 832.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex etc.

S. Regiae Maiestatis Vestrae literas, Vilnae 24 Aprilis datas, quibus ducentos centenarios pulveris tormentarii mutuo a me petit, debita cum reverentia accepi, ac probe memini S. Regiam Maiestatem Vestram antea quoque hoc nomine ad me scripsisse. Nolo autem S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare, quod pro defensione christiana et vicinae provinciae non modo Reverendissimo fratri meo, Domino Archiepiscopo Rigensi etc.¹⁾, sed etiam Domino Magistro olim Livoniae²⁾ Reique Publicae Rigensi non exiguum summam pulveris tormentarii communicavi, quam usque huc deficiente materia, in primis vero sale nitro, restituere ac replere non potui. Ac dolet mihi plurimum, quod S. Regia Maiestas Vestra his rebus, quae ad primas belli gerendi rationes et procurationes pertinent, destituitur. Etsi vero ignorem, quantum pulveris tormentarii parati et in promptu habeam, tamen ut S. Regia Maiestas Vestra animum meum officii et obseruantiae plenum hoc quoque casu et quantopere ei in omnibus rebus gratificari cupiam, cognoscat, nihil obstantibus communibus periculis, quibus meis quoque et meorum subditorum rationibus prospicere et arces meas contra ingruentes hostium incursiones munire me convenit, dabo operam, ut quam primum Regiomontem Deo fortunante reversus fuero, sicuti iam indies eo contendo, rationes subducantur, quantum summam pulveris tormentarii S. Regiae Maiestati Vestra suppeditare possim. Si enim non plus mutuo dare potero, tamen S. Regia Maiestas Vestra centum centenarios interim a me accipiet, ea quidem condicione (quemadmodum S. Regiae Maiestatis Vestrae literae habent), ut primo quoque tempore tantundem eius pulveris bona fide Regiomonti mihi restituatur, ne opus sit postea S. Regiae Maiestati Vestrae molestiam exhibere. Mittat igitur S. Regia Maiestas Vestra pro suo placito certos homines, qui dictum pulverem Regiomonte in Lythuaniam advehant. Quicquid enim pro honore et commodo S. Regiae Maiestatis Vestrae facere et praestare possum, in eo me paratum et fidelem semper experietur. S. Regiam Maiestatem Vestram Deo omnipotenti longis temporibus felicem conservandam committo meque illius clementiae commendando. Datae in arce Memell, 4 Maii anno 1562.

Commissio Principis propria
Idem audivit praesente Canitz
Regi Poloniae

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

2) *Gottardus Kettler, magister Livoniae
21.IX.1559 - 28.XI.1561.*

N. 5401.

Insterburgi, 10.V.1562.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

pro novitatibus, 5.V. Vilna missis, gratias agit; rogat, ut in communicandis novis et scribendis litteris ita, ut cooperat, pergere velit; inter cetera scribit lectu sibi iucundam fuisse eius commemorationem de propensa erga se voluntate Petri Myszkowski («tamen literae aliquot nuper admodum ex Cancellaria Reverenda Generositatis Suae ad nos scriptae bilem nobis ita moverunt, ut facere non potuerimus, quin Reverendam Generositas tem Suam hac de re amanter commonefaceremus», cfr. N. 5395).

(*Latine*)

Conc., H B A , B, K. 1184.

N. 5402.

Neuhausen, 13.V.1562.

Albertus dux in Prussia

Petro Paulo Vergerio

pro rebus novis secum communicatis gratias agit; in Galliam proficiscenti salutem et incolumitatem precatur; supervacaneum arbitratur peculiarem legatum suum in Galliam mittere; sententiam suam profert de aliis novis sibi perscriptis: de eligendo rege Romanorum, de negotio matrimoniali reginularium Poloniae, de ipsius desiderio filio suo inserviendi etc.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus etc

Salutem et benevolentiam nostram.

Reverende et Eximie, Amice nobis sincere dilecte.

Ternas Reverenda Dominationis Vestrae litteras, omnes Tubingae de mense Februarii datas, diverso tempore accepimus. Prioribus quidem multa et varia nova Reverenda Dominatio Vestra nobis communicat et de sua in Galliam abitione narrat suadetque, ut sibi eo proficiscenti aut legatum nostrum adiungamus, aut litteras saltem fidei mittamus, etc. Principio igitur magnas Reverenda Dominationi Vestrae gratias agimus pro communicatione rerum novarum, daturi sumus operam, ut vicissim gratia et benevolentia nostra hoc officii amanter rependere possimus. Ad profectiōnem autem Gallicam precamur Reverenda Dominationi Vestrae salutem, incolumitatem et felicitatem a Deo omnipotente. Is faxit, ut Reverenda Dominatio Vestra non modo prospera valetudine cum bonis avibus eat et redeat, verum etiam ut Ecclesiae Christi in iis locis renascenti restaurando et amplificando eam multum prosit ac commonet, demumque ut eam ex Gallia reversam salvam et incolumem coram intueri et alloqui possimus.

Quod Reverenda Dominatio Vestra tam officiosam et paratam se nobis offert ad negotia nostra in Galliis expedienda, pro eo magnas eidem, uti decet et convenit, agimus gratias ac prorsus supervacaneum arbitramur peculiarem legatum eo mittere, cum et causae sufficietes eius missionis nobis desint, et Reverenda Dominatio Vestra (cuius dexteritati, prudentiae et fidei omnia nostra negotia tuto committimus) praesens illic futura sit, quae etiam sine literis fidei quibuscumque omnia rectissime conficiet. Quod si postmodum ex inceptis tractatibus necessarium videbitur aut legatum, aut litteras fidei mittere, tum facile nos Reverenda Dominationis Vestrae arbitrio et voluntati accommodabimus.

Ex alteris literis primo loco cognovimus, quomodo Serenissima Caesarea Maiestas¹⁾ apud tres Electores laicos²⁾ urgeat de eligendo Romanorum Rege et quo pacto negotium studiose differatur ab Electoribus, quodque Reverenda Dominatio Vestra p[re]e ceteris Principibus hoc honore nos dignos iudicet etc. Nos sane ut nihil tale in nobis agnoscimus, quod huic muneri par esse possit, ita Deo Optimo Maximo gratias immortales agimus pro iis terris et populis, quos nobis pro paterna sua munificentia largitus est, quibus cum abunde quod agamus habemus, nec unquam otiosi sumus, Deumque precamur, ne nos maiori molestia, cura et sollicitudine, in hac praesertim senecta aetate, obruat. Is etiam faxit, ut ea, quae de eligendo Romanorum Rege³⁾ in Imperio Germanico aguntur, felicem successum habeant ad nominis sui sacrosancti gloriam, Ecclesiae incrementum et Reipublicae salutem.

Secundum in iis literis erat, quod secretarius Illustris Duci Olycensis Ioannes Monzinski⁴⁾ in causa Reginularum Poloniae⁵⁾ apud Reverendam Dominationem Vestram sollicitaverat. Quod quam ob rem cuiusve instinctu ab eo factum sit non videmus, ideoque non minus quam Reverenda Dominatio Vestra miramur.

Tertium erat de itinere in Galliam suscipiendo, et quod Reverenda Dominatio Vestra optet Illustrissimo filio nostro⁶⁾ inservire et sub eius umbra vitam finire. Haec ipsa Reverendae Dominationis Vestrae voluntas cum ex abundantia amoris, officii et observantiae eiusdem erga nos proficiatur et promanet, non potuit nobis non esse gratissima. Sed quia Reverenda Dominatio Vestra tum propter hanc profactionem in Gallias, tum propter ingravescensem aetatem et infirmam valetudinem suam vix fieri posse sperat, itaque Deo omnipotenti haec res committenda est. Is Reverendae Dominationi Vestrae vires animi et corporis augeat ac confirmet, ut pro utilitate christiana Ecclesiae longis temporibus superstes maneat.

Tertiae literae, Tubingae 23 Februarii datae, novitatis quasdam continebant, quod Dux Guisanus⁷⁾ cum Illustrissimo Principe Wirtenbergico⁸⁾ colloquium petierit, quodque spes sit ipsum a papatu ad nostras partes discessurum. Item de incremento Evangelii in Gallis deque Concilio, quod Papa⁹⁾ tantopere urget, absentibus omnibus advesariis, et quod Reverenda Dominatio Vestra bella futura suspicatur. Pro iis novitatibus Reverendae Dominationi Vestrae magnas agimus gratias Deumque precamur, ut ipse, cuius in manu sunt universa, gentes quae bella volunt dissipet ac Ecclesiae suea pacem et concordiam clementer concedat, eamque ad amplificandum nominis sui honorem firmiter stabiliat. Quod quidem Reverendae Dominationi Vestrae ad literas ternas respondere voluimus. Quae bene feliciterque valeat. Ex Nova Domo XIII Maii 1562.

Cancellarius¹⁰⁾ et Kanicius audivere
Regestrirt

In folio separato: P. Paulo Vergerio, 13 Maii anno 62.

1) Ferdinandus I.

2) elector Brandenburgensis Ioachimus II, palatinus Rheni Fridericus III, elector Saxoniae Augustus Pius.

3) rex Romanorum die 30 Novembris a. 1562 electus est Maximilianus II.

4) Mączyński, secretarius Nicolai Radziwiłł «Nigri».

5) agitur de futuris matrimonii Annae et Catharinae, sororum regis Poloniae.

6) Albertus Fridericus.

7) Franciscus de Guise.

8) Christophorus dux Wirtembergensis.

9) Pius IV.

10) Ioannes a Kreitzen.

N. 5403.

S.l., 21.V.1562.

Albertus dux in Prussia

Catharinae reginae Poloniae

7 dolia vini Rhenensis, butyrum et aliquot caseolos dono mittit.

(Germanice)

Cfr. El. XXXI, N. 840.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5404.

S.l., 24.V.1562.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Dulski, capitaneo Rogosnensi,

*rogat, ut litteras liberi telonei ("zollbrief") pro 400 bobus ex Russia et Podolia
per Magnum Ducatum Lithuaniae in Ducatum suum pellendis sibi impe-
tret.*

(Germanice)

Cfr. El. XLI, N. 1853.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5405.

E. Regio Monte, 28.V.1562.

Albertus dux in Prussia

Petro Paulo Vergerio

*quartam epistulam eius, 10.III.Tubingae datam, se accepisse nuntiat, pro
novitatibus gratias agit, ad iter in Rhetiam susceptum salutem et felicem
totius negotii expeditionem ipsi exoptat.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus etc.

Salutem et benevolentiam nostram.

Reverende et Eximie, Amice nobis sincere dilecente.

Rescripsimus Reverenda Dominationi Vestrae ad ternas literas proxime, quae quidem rescribenda nobis videbantur, et speramus Reverendam Dominationem Vestram id responsi vel accepisse paulo ante, vel accepturam brevi. Ceterum cum interea temporis quartam epistolam, Tubingae 10 Martii datam, acceperimus, esetque nobis certus nuntius, quo cum rescribere commode possemus, noluimus illam silentio praeterire, tametsi nihil propemodum ei epistolae inerat, quod responsione magnopere indigeret, praeter novitates, de quibus Reverenda Dominationi Vestrae gratias, uti decet, agimus ac precamur Reverenda Dominationi Vestrae ad susceptum iter in Rhetiam salutem, incolomitatem et felicem expeditionem eius totius negotii. Deus clementer faxit, ut Reverenda Dominatio Vestra ea, quae ad pacem et tranquillitatem Germaniae totiusque Christiani Orbis spectant,

feliciter et non laboriose conficiat. Quod quidem Reverendae Dominationi Vestrae, ut sciret nos literas eiusdem proximas accepisse, respondere volui-
mus, amanter petentes, Reverenda Dominatio Vestra non gravetur hasce
adiunctas literas ad locum suum competentem transmittere. Hoc nobis
pergratum accidet. Cupimus Reverendam Dominationem Vestram diu sal-
vam et felicem conservari. Datae Regimenti.

In folio separato: Vergerio, 28 Maii, anno 62.

N. 5406.

S.l., 29.V.1562.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro subdito suo Thoma Koss, cive Regiomontano, iterum intercedit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5407.

S.l., 29.V.1562.

Albertus in Prussia

*Petro Myszkowski, Cancellariae regiae praefecto,
pro benevolentia subdito suo, civi Regiomontano Thomae Koss, in causa eius
hactenus exhibita gratias agit et negotium ipsius iterum commendat.*

(Latine)

Cfr. El., XLI, . 1857.

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5408.

S.l., 29.V.1562.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Dulski, capitaneo Rogosnensi,
pro diligentia in negotio subditi sui Thomae Koss coram iudicio regio promo-
vendo adhibita gratias agit et eundem subditum suum ei iterum commen-
dat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

S.l., 29.V.1562.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
excusatione eius, quod se Ragnetae aut Tilsae adire non potuerit, se contentum
esse nuntiat, hortatur tamen eum, ut se in Regio Monte, ubi nunc una
cum filia sua et genero moratur, invisere conetur; pro novis, ad legatio-
nem Polonam pertinentibus, secum communicatis, gratias agit; effigiem
reginae sibi missam se filiae suae tradidisse significat et aliam eiusmodi
imaginem et aliquot equos sibi mitti petit.*

(Schedula: de equis sibi mittendis).

Cfr. El. XLIII, N. 242.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An Gabriel Terla, den 29 May anno 62.

Wir haben euer schreiben, Wilda den 16 tag May datirt, empfangen, inhalts lesende eingenommen und welchermassen ir uns zu besuchen verhindert und abgehalten, under anderm verstanden. Und ob wir wol gerne gesehen, das ir uns uff unser reise zu Ragnit oder Tilse besucht hettet, wir auch eur ankonft daselbst gehofft, seint wir doch mit eurer entschuldigung gantz gnediglich und wol zufriden, hette auch derselben in wenigsten nicht gedorft. Nachdem wir aber gerne in unserm beiderseitz loblichen alter uns mit euch besprechen und sehen wolten, als ist nochmals an euch unser gnediges sinnen und begeren, ir wollet eurem erbieten nach, dafur wir euch in gnaden danckbar, euchforderlichst erheben und uff den wegg machen und wo möglich uns alhie zu Konigspergk, weil wir noch unsere gar liebe geste, den cum titulo hertzogk Hans Albrechten zu Meckelburgk etc. und seiner l. gemahel und schwester, unsere freuntliche liebe tochtere¹⁾, bey uns haben, besuchen. Worzu wir euch dann von dem lieben Gott gluck uff die reise und bey uns fröhliche und gesundte ankonft wunschen, auch derselben in kurtzem erwarten wollen.

Das ir uff bevelich ko.mt. zu Poln, unsers gnedigsten hern und freuntlichen, lieben oheimen, die hoffleuthe verwarnet und inen angezeigt, das sy alle stunde gerust und zum zuge gefast sein sollen, dasselbe haben wir gerne gehört, hetten auch solchs vorlengst gerne erfahren. Wunschen von dem Allerhochsten, das durch sie etwas guts ausgerichtet werden möge.

Fur die andern mitgetheilten zeitung, belangende der Chron Polen abgesandten²⁾, wess dieselben anbracht, seint wir euch in gnaden danckbar. Und sinnen gnedigen, ir wollet uns jederzeit, wess neues furfelt und euch zu schreiben oder zu eroffenen zimlich, mitteilhaftig machen.

Nachdem ir uns auch verschiner zeit der cum titulo unsrer gnedigenfrauen, der konigin zu Poln³⁾, contrafect zugesendet, welchs der cum titulo der hertzogin zu Meckelburg überantwortet werden sollen, uns aber dabey heimgestellet, ob wir solches behalten wollen, weil dann nun hochgedachte unsre freuntlich liebe tochter, die hertzogin zu Meckelburg, alhie bey uns ist, wolle uns nicht geburen, irer l. solch contrafect, wie lieb uns auch daselbe gewesen, zu vorenthalten, sonder wir haben iren l. solchs überantwortet, des dann iren l. nichts weniger als uns gantz angenehme und lieb gewesen. Weil wir aber dennnoch hochstgedachter koni-

gin, unser gnedigen frauen, contrafect auch gern hetten, als sinnen und begeren wir gnedigen, ir wollet uns zu gnedigem gefallen dergleichen contrafect behandlen und zuschicken.

Und weil uns itzo etwas furfelt, darob wir zweyer gar kleinen, und je kleiner je besser, hubschen zelderlein benotigt, also auch zu unserer notturft vor 2 geschir vor ein jeders vier hubscher guter tauerhaftiger kutschenklepper und die fur ein jedes geschir unterschiedlich einerley har sein, gerne hetten, als begeren wir an euch mit besondern gnaden, ir wollet uns zu gnedigem gefallen mit vleis nach dergleichen zelterlein und hubschen kleppern trachten, uns zum besten dieselben behandlen, keuffen und zum allerfurderlichsten alhero schicken, was sy gestehn werden, uns verständigen. Soll euch zu gnedigem danck alsbaldt erlegt werden. Woran ir uns etc.

Cedula

Und nachdem wir solche gerne forderlichst als muglich und innerhalb 14 tagen oder zum lengsten von dato ahn innerhalb 3 wochen alhero gerne geschafft wissen wolten, derwegen abermals unser gnediges sinnen, ir wollet an eurem vleiss nichts erwinden lassen und so muglich uns solche rosse ins forderlichst zuwege bringen und innerhalb 3 wochen zum lengsten alhero verhoffen etc.

Commissio Principis per
Canitium
Idem Princeps legit

D. Gercke

Mutatis mutandis an Bernt Bohubeln, das er der zelter und kutschenklepper befurdern wolle, damit sy f.h. in 3 wochen erlangen etc.

- 1) *Anna Sophia.*
- 2) *sermo est de legatione Polona in Moscoviam,
cui praefuit Korsak Borkolab Glebocki (cfr.
El. XLIII, N. 241).*
- 3) *Catharina.*

N. 5410.

S.l., 30.V.1562.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro subdito suo, mercatore Regiomontano Bartholomaeo Schönenbergk, qui
ante constitutum a rege novum vectigal merces quasdam, videlicet sal et
halec, Caunam advexit et usitatum tunc vectigal persolvit, postea vero ad
novum vectigal numerandum a praefectis telonei coactus est.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

E Regio Monte, 31.V.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

quod rex maiorem fidem sibi habeat quam «aliquorum susurronum obtrectorioris vocibus», gratias agit et nuntiat se non solum «subiectionis Livonicae negotium» hactenus pro viribus promovisse, sed etiam in posterum regis dignitatem et salutem Reipublicae omni conatu suo promotorum esse; pro auctiore sustentatione fratri suo, archiepiscopo Rigen-si, promissa gratias agit eundemque fratrem suum regi commendat.

Cfr. El. XXXI, N. 835.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex etc.

S. Regiae Maiestatis Vestrae literas, Vilnae 2 Maii datas, debita cum reverentia et magna animi recreatione accepi, siquidem ex iis clare intellexi, quod S. Regia Maiestas Vestra maiorem mihi fidem habet quam aliquorum susurronum obtrectorioris vocibus, quodque ea, quae incertis authoribus ad eandem de me perforuntur, surdis auribus praeterire solet. Merito igitur maximas S. Regiae Maiestati Vestrae gratias ago, quod pristinam suam erga me clementiam, favorem et benevolentiam firmiter retinet, nec se inde malevolorum aut invidorum calumniis dimoveri patitur. De me equidem S. Regiae Maiestati Vestrae hoc pro debita fide, cultu et observantia mea recipere possum, me non modo hactenus omni studio, opera et contentione subiectionis Livonicae negotium pro viribus promovisse, sed etiam in posterum tam in hoc negotio quam in omnibus aliis, quae ad honorem et dignitatem S. Regiae Maiestatis Vestrae et ad salutem incliti Regni totiusque Reipublicae Polonae spectare videbuntur, summo conatu promotum et adiuturum, eamque fidem, voluntatem, studium et conatum ad extrellum usque vitae meae exitum, divino mediante auxilio, servabo. Nec ulla tanta obvenire poterit necessitas, quae a S. Regia Maiestate Vestra me abducatur aut abstrahat, siquidem vitam ipsam et quaecunque chara mihi in hac mortali vita esse possunt, pro S. Regiae Maiestatis Vestrae salute, honore et dignitate in discrimen offerre non dubito, ideoque certam mihi spem facio S. Regiam Maiestatem Vestram vicissim pristinam suam clementissimam voluntatem et benignissimum animum erga me retenturam.

De auctiore sustentatione Reverendissimi Domini Archiepiscopi Rigen-sis, fratris mei, charissimi¹⁾, iam ante per literas Suae Celsitudinis certior factus eram, iccirco S. Regiae Maiestati Vestrae et hoc nomine magnas et immortales gratias ago ac porro etiam atque etiam submisso oro, ut S. Regia Maiestas Vestra Reverendissimam Celsitudinem Suam, ad summam nunc inopiam et egestatem redactam, clementer et benigne sibi commendatam habeat, sicque adiuvet ac promoteat, ne in hac sua extrema aetate necessario victu et sustentatione destituatur, sed ut reliquum vitae, quantum benignus Deus concesserit, quiete et placide, pro status sui dignitate, traducere queat. Id S. Regiae Maiestati Vestrae honorificum erit et ego quibus possum officiis subditis ac studiis deditissimis demererri semper conabor. Deus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem Vestram diu salvam, incolumem et florentem conservet. Datae Regiomonti.

In folio separato: Regi Poloniae, ultima Maii 1562.

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

E Regio Monte, 31.V.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwitt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
gratias agit, quod sparsis hinc inde falsis de se rumoribus fidem non habeat;
subiectionis Livonicae tum apud fratrem suum, archiepiscopum Rigen-
sem, tum alias Livoniae status et ordines, semper se fautorem et promo-
torem fuisse asseverat, cuius rei multa testimonia adesse scribit; nuntiat
se etiam syndicum Rigensem hortatum esse, ut operam daret, quo Rigen-
ses sine mora Regno Poloniae sese coniungerent; nova de duce Moscorum,
ius suum in Livonia armis persequente, et de Suecorum conatibus sibi
auditu acerba fuisse significat; de oneribus et molestiis eius, cum bello
Livonico coniunctis, dolet etc.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Officia nostra etc.

Accepimus Illustritatis Vestrae literas, 7 Maii, Vilnae datas, quae nobis perquam iucundae fuerunt. Attulerunt enim nobis de propensa Illustritatis Vestrae erga nos voluntate et constanti fraterno amore optatissimum nuntium, quod sparsis de nobis hinc inde falsis rumoribus fidem non habeat, quodque non modo non persuaderi sibi patiatur aliquid contra fidem et observantiam nostram erga S. Regiam Maiestatem etc., sed ne aequis quidem auribus audiat. Quo nomine Illustritati Vestrae maximas merito agimus gratias. Nec enim unquam nobis de Illustritate Vestra aliud quam de coniunctissimo amico et fratre dilectissimo persuasum fuit. Similiter nobis gratum accedit, quod Illustritas Vestra ea, quae per rumorem in vulgus de nobis sparsa fuerunt, tam candide, aperte et sine ulla circuitione nobis aperit, siquidem veram fraternitatem et non fucatam amicitiam inde palam perspicimus. Qua de re iterum Illustritati Vestrae magnas agimus gratias, daturi operam, ut amicis et fraternis officiis omnique benevolentia tam amico et fraterno animo respondeamus.

Quod ad ipsum vero negotium attinet, ubi per nos stetisse dicitur, quominus tractatus Rigensium optatum finem hucusque habere potuerint, et quae praeterea vano et obscurō sermone publice privatimque de nobis immerito iactata dicuntur, hic sane nihil dubitamus, quin et S. Regia Maiestas et Illustritas Vestra grave et firmum testimonium nobis datura sit, quanto studio, sollicitudine, cura et fidelitate hoc negotium subiectio-
nis Livonicae ab ipso primordio horum temporum non solum suaserimus, sed etiam pro virili promoverimus, in primis apud Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Rigensem, fratrem nostrum charissimum¹⁾, tum etiam apud alias ordines Livoniae, atque adeo apud ipsos Rigenses, quoties occasionem eius rei commode arripere potuimus. Nec infitias ire possumus, et Reverendissimum fratrem nostrum et ipsos Rigenses consilium a nobis saepius expetivisse. Omnia autem consilia nostra eo spectarunt, idque authores et hortatores fuimus semper, ut tam Reverendissimus frater noster quam Rigenses sese ad voluntatem et arbitrium S. Regiae Maiestatis accommodarent et citra odiosam procrastinationem fidem et tutelam S. Regiae Maiestatis sequerentur, quemadmodum literae nostrae, quas Lucas Hubnerus Illustritatis Vestrae secretario exhibuit, quarum Illustritas Vestra mentionem facit, perspicuum et evidens eius rei documentum praebuerunt.

Quod vero in privatis quorundam Rigensium cum Illustratis Vestrae servitoribus colloquiis, ubi plerunque non modo liberior, sed et futilior sermo esse solet, multa falsa et facta contra nos prolata sunt, id Deo et tempori, quid enim aliud possumus? committimus, nosque interim consolabimur et sustentabimus optimo et firmissimo praesidio innocentiae et recta conscientia consiliorum nostrorum. Quae pluris nobis est, quam omnium hominum futilis loquacitas et invidiosae obtrectationes, praesertim cum certi simus neminem unquam fore, qui illa de nobis constanter adseverare possit. Et quanquam certos nostros consiliarios Reverendissimo fratri nostro ad Suae Reverendissimae Celsitudinis fraternalm flagitationem in Vilnensi actione adiunximus, tamen nulla alia a nobis mandata habuerunt, quam ut totis viribus negotium subiectionis iuxta formam Rigensis tractationis, ab Illustritate Vestra praescriptam, adiuvarent. Quod quidem eos fideliter praestitisse ex tractatibus Vilnae habitis et scripto peractis satis superque liquet. Quod autem Illustritas Vestra speciatim consiliarium nostrum, Doctorem Jonam, hac nota vulgaribus sermonibus aspersum fuisse meminit, quasi illius adventu actio Vilnensis difficilior facta fuerit, isque negotiis ipsis non tam interfuerit quam praefuerit, id sane mirari satis non possumus. Nam et Reverendissimus frater noster, Dominus Archiepiscopus Rigensis, honorificum illi testimonium perhibuit, quod omnia summo studio, vigilantia, labore et optima fide in ea actione gesserit, et tractatus ipsis scripto comprehensi evidenter ostendunt nihil vel ab aliis vel ab ipso Doctore Jona alienum a Rigensi tractatu factum fuisse. Quod autem difficultates quaedam opinione maiores et longiusculae procrastinationes intervenerunt, id cuius culpa acciderit, divino committimus iudicio. Nos quidem omni culpa vacare, nec consiliarios nostros vel tantillam illius morae aut difficultatis occasionem praebuisse, sed potius serio et fideliter omnium rerum celerrimum progressum optasse et voluisse, pura sinceraque conscientia affirmare et contestari possumus. Quam ob rem Illustritatem Vestram amanter et fraterne rogatam volumus, ut tam consiliarium nostrum, Doctorem Jonam, quam nosmet ipsis in hac iniquissima vulgi insimulatione, culpam in nos et consiliarium nostrum caeca vel potius individiosa quadam suspicione praeter et contra omne meritum nostrum transferentis, non modo apud sese excusatos habeat, sed etiam ex fide amicitiae et fraterni amoris apud omnes, in quibus labem adhuc aliquam huius malevolentissimae suspicionis haerere animadverterit, diligenter excuset atque purget.

Quid negotii Syndicus civitatis Rigensis hic Regiomonti nuper habuerit, revera ignoramus. Neque enim ulla mandata ad nos attulit, sed magis salutandi quam consultandi gratia nos accessit. Nos tamen per hanc occasionem eum hortati sumus, quod probe meminimus, daret pro sua auctoritate quantum posset operam, ut Rigenses S. Regiae Maiestati et Regno Poloniae citra longiorem moram sese adiungerent.

Nova de Duce Moschorum²⁾, quod ius suum in Livonia armis persequi constituit omnesque tractatus respuit, itemque de practicis Swedicis, quae nondum omnino illic consiluerunt, ea nobis auditu acerba fuerunt, petimusque a Deo Optimo Maximo suppliciter dignetur rationes et media suppeditare, quibus et christiani sanguinis profusio vitetur et vicinorum Regum animi ita coniungantur et conscientur, ut pia et aeterna pax inter ipsos confirmetur ad tuendam et conservandam quietem et tranquillitatem harum terrarum publicam.

Ceterum quod Illustritas Vestra de periculosissimis et gravissimis bellis, quibus S. Regia Maiestas et Illustritas Vestra sese implicuit, item de ammissione dilecti servitoris sui, de sumptibus infinitis, de molestia

profectionis in Livoniam, de laboribus, vigiliis, sollicitudinibus, sudoribus, meditationibus et aliis difficultatibus, quibus Illustritas Vestra ita fatigata et exhausta est, ut non satis firmam et tutam valetudinem habeat, commemorat, et quae praeterea de difficultate gubernationis prudenter disserit, haec omnia sic esse satis superque exploratum habemus, verum nos his rebus pro nostra parte aliud remedium adhibere non possumus, nisi ut interim Illustritatis Vestrae vicem amanter et fraterne doleamus et Deum precemur, ut Illustritati Vestrae vires animi et corporis augeat, confirmet ac longis temporibus integras conservet, tandemque istis negotiis Livonicis ex sententia confectis, omnium pacem et tranquillitatem clementer concedat, quo Illustritas Vestra vicissim gaudere, laetari et omnium suorum periculorum, laborum, difficultatum et perturbationum dignos et iucundos fructus percipere queat. Quam plena autem laboris, sollicitudinis et difficultatis res sit gubernatio, nos exiguo hoc Ducatu nostro regendo et administrando a multis annis experti sumus et adhuc experimur quotidie, sic ut facile Illustritati Vestrae fidem habeamus, quae magna mole molestiarum indies tanquam impetuosisimis fluctibus obruitur. Quid enim cum Magno Lythuaniae Ducatu comparandum, quem Illustritas Vestra sua prudentia, iustitia et moderatione animi ita secundum S. Regiam Maiestatem gubernat et regit, ut ab omnis generis hominibus egregiam laudem iam pridem consecuta sit et deinceps immortale nomen, gloriam et honorem perpetuo inde sit habitura.

Porro quod S. Regia Maiestas Reverendissimo fratri nostro annuam pensionem tam pecuniariam quam frumentariam, Illustritatis Vestrae auctoritate intercedente, augere dignata est, pro eo maximas eidem habemus gratias nec diffidimus, quin Illustritas Vestra sibi porro etiam Celsitudinem Suam commendatam habitura sit ac provisura, ne in hac sua gravi et afflicta aetate necessaria sustentatione destituatur.

Extremo illud nobis gratissimum accidit, quod Illustritas Vestra de sua fide et observantia erga nos et totam familiam Brandenburgensem nihil vult diminutum. Nos vicissim de vetere nostro et fraterno amore ac benevolentia erga Illustritatem Vestram eiusque familiam universam non modo nihil diminui patiemur, sed insuper operam dabimus, ut auctior indies reddatur et magis magisque confirmetur. Id quod Illustritati Vestrae amanter respondere voluimus. Quae bene feliciterque diu valeat. Datae Regiomonti.

In folio separato: Duci in Olyka, ultima Maii.

1) *Gulielmus.*

2) *Ioannes IV Basilides.*

N. 5413.

E Regio Monte, 31.V.1562.

Albertus dux in Prussia

*Petro Myszkowski, secretario regio, Cancellariae regiae praefecto,
se nunquam alienioris in se animi regii culpam in eum coniecisse, sed tantum
ei tanquam amico intimo conqueri voluisse affirmat et rogat, ut eo
incumbere velit, quo favor et gratia regia erga se firma et constans semper
maneat.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus etc.

Salutem et benevolentiam nostram.

Reverende ac Generose, Amice nobis sincere dilecte.

Literas Reverendae Generositatis Vestrae, 2 Maii Vilna datas, accepi-
mus et ex iis cognovimus, quam eidem prorsus inopinate acciderint literae
nostrae proximae, magna metamorphosi facta, voluptatem nimirum Reve-
rendae Generositatis Vestrae priorem in acerbissimum dolorem converten-
tes. Credat autem nobis Reverenda Generositas Vestra, quod ex superioribus
aliquot literis nomine Serenissimae Regiae Maiestatis Poloniae etc.,
Domini nostri clementissimi, ad nos scriptis multo maiorem dolorem per-
cepimus. Quid enim nobis non doleat, in hac nostra senecta aetate, tam
acerbas literas nobis mitti, quibus per omne gubernationis nostrae tempus
caruimus, et quae de alienato S. Regiae Maiestatis animo non obscure
testabantur. Verum Reverendam Generositatem Vestram hac de re nun-
quam accusavimus aut culpam in eam coniecimus, cum de eius erga nos
studio et propensa voluntate satis clara et illustria documenta haberemus,
sed solummodo Reverendae Generositati Vestrae pro singulari nostra fidu-
cia id ipsum, quod tantum nobis dolorem pepererat, significare et tanquam
amico intimo dolenter conqueri voluimus, quemadmodum amanter etiam
rogavimus, ut quantum sua autoritate et studio posset, ne in posterum
tales literae nobis mitterentur, neve regia gratia et clementia erga nos
minueretur, praecaveret. Id quod etiamdum amanter et clementer peti-
mus, dignetur Reverenda Generositas Vestra etiam atque etiam eo incum-
bere, ut S. Regiae Maiestatis favor et gratia erga nos firma et constans sem-
per maneat, neve de amore pristino quicquam decedat.

Et quoniam Reverenda Generositas Vestra, si quid in literis erratum
sit, non malo aut perverso animo, multo minus odio vel malevolentia ali-
qua factum asserit, itaque facile et probe quidem hac re contenti sumus ac
Reverendam Generositatem Vestra, de qua nobis nihil aliud quam de
coniunctissimo amico nostro persuademos, plane excusatam habemus ac
confidimus eandem in tractandis et expediendis negotiis nostris subditos
rumque nostrorum, uti hactenus semper, ita porro etiam suam fidem et
officium nobis praestituram, in primis autem daturam operam, ne S. Regia
Maiestas de clementia et favore erga nos suo quicquam remittat. Quod nos
benevolentia et gratitudine mutua Reverendae Generositati Vestrae com-
pensare sedulo studebimus. Quae bene feliciterque valeat. Datae Regio-
monti, ultima Maii 62.

In folio separato: Petro Miskowski, ultima Maii.

N. 5414.

E Regio Monte, 4.VI.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*litterae credentiales pro consiliario suo Venceslao Schack, suo ad regem inter-
nuntio.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5415.

E Regio Monte, 4.VI.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill «Nigro», R.P. vicecancellario [Philippo Padniewski],
Petro Myszkowski, palatino Cracoviensi [Spytconi Jordan de Zakliczyn]
litterae credentiales pro Venceslao Schack, internuntio suo.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5416.

S.l., 4.VI.1562.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Mączyński, Nicolai Radziwill «Nigri» secretario,
gratias ei agit, quod se certiorem reddidit, «cum quibus mandatis legati
equestris ordinis totius nobilitatis ex Minore Polonia ad regem ablegati
sint»; rogat, ut cum Maioris quoque Poloniae legati istuc advenerint, lega-
tionis eorum capita sibi perscribat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5417.

S.l., 5.VI.1562.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

*litteras liberi telonei («zollbrief») pro 400 bobus ex Podolia in Ducatum Prus-
siae pellendis sibi impetrari petit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5418.

E Regio Monte, 6.VI.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*negotium Michaelis Fridwalt, civis Elbingensis, qui controversiam cum
senatu civitatis suae habet, iterum commendat (cfr. N. 5181).*

(Latine)

Cfr. El. XXXII, N. 891.

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5419.

S.l., 16.VI.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
magistrum Michaelem Brettschneider, senatorem civitatis Elbingensis, cui
negotium quoddam a senatu eiusdem civitatis coram rege exponendum
commissum est, et qui privatam etiam aliquam causam coram tribunali
regio diiudicandam habet, commendat.*

(*Latine*)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5420.

S.l., 17.VI.1562.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
nuntiat se litteras eius, 5.VI. Vilnae datas, accepisse et rex eis cum gaudio
intellexisse dona sua reginae missa, scil. vina Rhenensia et butyrum, regi-
nae placuisse; pro dolio vini ei dono misso tanta gratiarum actione opus
non fuisse affirmat; sperat se eum semel saltem in hac vita adhuc visu-
rum et allocuturum esse; 8 equos («8 klepper fur die kotschen») et 2 ecu-
leos («2 kleine zelter») sibi mitti petit; gratum sibi cognitu fuisse eum
cum palatino Cracoviensi [Spytcone Jordan de Zakliczyn] et aliis proceri-
bus «bey einem guten trunklein» sui mentionem fecisse.*

(*Germanice*)

Cfr. El. XLIII, N. 245.

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5421.

S.l., 18.VI.1562.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Dulski, capitaneo Rogosnensi,
magistrum Michaelem Brettschneider, senatorem civitatis Elbingensis, com-
mendat (cfr. N. 5419).*

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5422.

Neuhausen, 2.VII.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
de morte uxoris [Elisabeth Szydłowiecka] eum consolatur; negotium regundo-
rum finium et oppigneranda praefecturae Polangensis commendat.*

(*Latine*)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5423.

Poppen, 13.VII.1562.

Albertus dux in Prussia

*Catharinae reginae Poloniae et, mutatis mutandis, Gabrieli Tarlo
pro N. Pludoffski [Plotowski, Plutowski?] de Seheburgk (Jeziorany) in Varmia,
cui episcopus Varmiensis [Stanislaus Hosius] 2 lacus dare promiserat,
qui tamen a capitulo Varmensi ei denegantur, intercedit et rogat, ut negoti-
tum eius regi commendare velit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5424.

S.l., 1.VIII.1562.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

*rogat, ut negotii terminandorum limitum controversorum regem submoneat et
litteras liberi telonei («zollbrief») pro mercibus ex arce Grobin in Livonia
in arcem Cleipodiensem (Memel) et vice versa exportandis sibi impetrat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5425.

S.l., 12.VIII.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*litteras regias, 17.VII. Vilnae datas, quibus ad nuptias sororum regis cum «il-
lustrissimis Finlandiae et Ostrogothiae principibus» [Ioanne et Magno]
celebrandas invitabatur, se accepisse nuntiat et «hanc affinitatem» regi,
Regno Poloniae et toti Christianitati maximopere gratulatur; de adventu
autem suo ad nuptias, cum dies certus adhuc illis non sit indictus, non
posse se aliquid certi scribere; cognito autem die, nisi valetudine adversa
impediatur, voluntati regiae se obtemperaturum esse.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 843.

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5426.

E Regio Monte, 12.VIII.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
magistrum Georgium Weigelium, concionatorem suum, ad institutionem filii
sui natu maioris adhibere volenti respondet se eundem magistrum in Aca-
demiam aliquam in Germaniam remittere statuisse, ut studia sua illic
prosequatur.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Officia nostra etc.
Illustris Princeps etc.

Illustritatis Vestrae literae, 26 Iunii Vilnae datae, proficiscentibus nobis recreandi animi gratia in venationem redditae sunt. Quare quod serius Illustrati Vestrae ad eas rescribimus, incommoditati, quae iter facientibus saepenumero obvenire solet, Illustritas Vestra ut adscribat, amanter rogamus. Intelleximus autem ex iis literis Illustritatis Vestrae anxiū desiderium consequendi et in numerum ministrorum suorum cooptandi Magistrum Gerodium Weigelium, quem ad institutionem et informationem filii sui maioris natu¹⁾ adhibere velit. Eo itaque nomine Illustritatem Vestram celare non possumus, quod etsi dictum Magistrum Weigelium in numerum ministrorum verbi Dei acceptaveramus eiusque opera pro concionatore aulico uti statueramus, tamen cum ex una atque altera eius concione, quas hic in arce nostra Regiomontana habuit, auditores varie afficerentur et res ad longam disceptationem spectare videretur, consultum nobis visum est ipsum ad Academiam aliquam, vel Tubingensem vel aliam, remittere, ut studia illic sua continuare ac prosequi, tandemque et nobis et Ecclesiae Christi rectius, utilius maioresque cum fructu servire possit.

Quae cum ita sint, cumque praeterea ipsum Weygelium Illustritatis Vestrae filio, ex primis fere elementis eluctato, uti Illustritas Vestra scribit, et solidiore iam cibo in re literaria indigenti (quod quidem Illustritati Suae ex animo favemus et hoc nomine magnopere illi gratulamur), satis utiliter et cum fructu in erudiendo praeesse posse dubitemus, vehementer et amanter petimus, ne in deteriorem partem Illustritas Vestra accipiat, nosque fraterne excusatos habeat, quod Illustrati Vestrae communicando hoc viro, hisce quidem temporibus et rebus sic se habentibus, gratificari non possumus. Speramus sane, ubi studia sua in Academia aliqua Weigelius continuaverit et solidaverit, ipsum vel Ecclesiae vel Reipublicae utilem ministrum fore. Id quod Illustrati Vestrae ad literas eiusdem significandum duximus. Quae bene feliciterque diu valeat. Datae Regiomonti.

Princeps audiit

In folio separato: Duci in Olyka, 12 Augusti.

1) *Nicolaus Christophorus.*

N. 5427.

S.l., 13.VIII.1562.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Tęczyński, capitaneo Lublinensi et Urzędoviensi,
de eius ex longinquō itinere [in Sueciam] Gedanum redditu gaudet; pro studiis
et officiis sibi oblatis gratias agit; servitorem eius per Ducatus sui distric-
tus ad regem properantem se adiuvari iussisse nuntiat.*

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1858.

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5428.

S.l., 27.VIII.1562.

Albertus dux in Prussia

*Iob Breitfuss (Pretfuss), burggravio Vilnensi,
pro Cordula, Casparis Arenholtz relicta vidua, cuius omnis res familiaris apud
eum in deposito esse dicitur, intercedit et rogat, ut res suas sine negotio
recuperare et sic paupertatem suam et duorum liberorum suorum nonni-
hil sublevare possit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5429.

E Regio Monte, 2.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*pro benevolentia regia in negotio fratris sui Gulielmi, archiepiscopi Rigensis,
exhibita et internuntio suo Venceslao Schack clementer excepto et auditio
gratias agit; probat consilium regis nuntios ad Concilium Tridentinum
mittendi, «qui conatus et practicas Magistri Ordinis Teutonici [Wolf-
gangi Schutzbar], quas illic moliri dicitur, reprimant»; pulvarem tor-
mentarium, quem ad regem miserat, partim corruptum et vitiatum fuisse
miratur; omnia acta negotii Augustini Dameraw, civis Caunensis, se Lip-
siam ad iureconsultos illius civitatis diiudicanda misisse significat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5430.

S.l., 2.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
ad querelam eius de marchionibus et principibus Germaniae regem Poloniae,
in summis periculis constitutum, non solum non adiuvantibus, sed quasi
delectationem ex adversa eius fortuna capientibus, et de se ipso, quod
regem Sueciae a conatu eius non sit dehortatus et regem Daniae ad armo-
rum societatem cum rege Poloniae non incitaverit, respondet; miratur, cur
condiciones suae regi propositae in negotio mutuandae pecuniae super
praefecturam Polangensem durae iudicatae sint; de negotio terminando-
rum finium ei a rege commisso gaudet.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Officia nostra etc.

Illustris etc.

Internuntius noster Venceslaus Schack Vilna nuper reversus inter alia
nobis exposuit, Illustritatem Vestram graviter conquestum de Marchioni-
bus Brandenburgensibus et aliis Germaniae Principibus, quod S. Regiam

Maiestatem Poloniae etc., Dominum nostrum clementissimum, his turbulentissimis tempestatibus in summis periculis et difficultatibus constitutam, non modo ope, auxilio et consilio nullo adiuvent, sed ne literis quidem ullis inviserent, ex quibus conici possit Suas Celsitudines hanc vicem Regis dolere. Quin imo diuturnum hoc eorum silentium speciem quodammodo praebere, quod Suae Celsitudines delectationem capiant in hac adversa Regis fortuna, qui a duobus potentissimis hostibus simul bello petitur et oppugnatur. Deinde optare S. Regiam Maiestatem nos quoque his ipsis rebus melius et accuratius invigilare et, si qua parte opera aut consilio prodesse possimus, id prompte et citra requisitionem expromere. Decuisse etiam nos proprio motu Regem Suetiae¹⁾ ab iniquo hoc incepto et conatu dehortari et Regem Daniae²⁾ ad armorum consociationem incitare, et quae praeterea his coniuncta fuerunt.

Quantum igitur ad Electores, Principes Germaniae et Marchiones attinet, silentio nunc praeterimus. Nostro autem nomine Illustrati Vestrae certo affirmare possumus, quod durantibus periculis hisce Livoniae motibus tantum praestitimus, quantum vel officii nostri fuit, vel humana ratione assequi valuimus. Nos enim in omnibus Imperii Romani Comitiis et Conventibus hactenus celebratis non modo per nuntios et literas, sed etiam per amicos et necessarios Principes sollicitandum, petendum, instantandum curavimus, ut miserrima provincia Livoniensis ex faucibus immanissimi hostis eriperetur, nostraque auxilia praecipue eo direximus, ut pecunia auxili gratia in Imperio collata seu conferenda ad manus S. Regiae Maiestatis mitteretur. Quod autem sine fructu haec res, quae arbitrii nostri non fuit, abiit, nos facere quid possumus?

Ceterum nec a Rege Daniae, nec ab Electoribus et Principibus Germaniae S. Regiae Maiestatis aut nostro etiam nomine aliquid petere et contendere integrum nobis esse putavimus, quippe qui mandatum a Sua Regia Maiestate nullum habuimus. Si quid autem proprio motu tentare voluissemus, verendum nobis fuisset, ne aut S. Regiam Maiestatem ea re offendremus, aut si pro sententia eiusdem res minus successisset, ne in nos culpa redundaret. Quicquid autem S. Regia Maiestas Sua vel consilii exquirendi causa, vel alio quocunque nomine nobis iniunxit, in eo pro captus nostri tenuitate proque ea fidelitate, quam Regi et Domino feudi debemus, libenter morem gessimus. Quin etiam saepenumero non requisiti nostraque sponte, si quid comperti habuimus, quod S. Regiam Maiestatem scire interfuit, eidem vel literis vel nuntiis nostris (ad quos nos referimus) communicavimus. Quare Illustratam Vestram amanter et fraterne rogamus, ut et suo nomine excusatos nos habeat, et apud S. Regiam Maiestatem subdita et fidelia nostra officia pro fraterna charitate commendet, simulque nostro nomine Suae Regiae Maiestati recipiat, nos pro mandato et voluntate Suae Regiae Maiestatis omnia, quae recte possumus, etiam apud ipsum Daniae Regem reliquosque Germaniae Principes, libenter, accurate, ex animo studioseque curaturos.

Praeterea retulit nobis dictus internuntius, quod Illustritas Vestra nunquam sperasset nos tam duras conditiones S. Regiae Maiestati proposituros in mutuanda pecunia super praefecturam Polangensem, praesertim cum S. Regia Maiestas terminandorum finium negotium Illustratam Vestrae iam commiserit. Qua de re Illustritas Vestra elapso tempore Ragneti nobiscum conferre voluerit. Nos sane, ut verum fateamur, nunquam futurum speravimus, ut Illustritas Vestra pro sua persona propositas a nobis condiciones duras interpretatura esset, cum aequitati maxime sint convenientes. Nam etiam absque pecuniae mutuatione decet S. Regiam

Maiestatem has condiciones, quae tum iustae, tum pactis consentaneae et creberrimis pollicitationibus reiteratae nobisque addictae sunt, explere. Quare non videmus, quo iure quove merito huius rei accusemusr, culpare in nos coniiciatur. Illud vero rem pressius nobis considerantibus affirmare licet, nos non exiguo damno ex hac Polangensi actione affectos esse, siquidem Illustrati Vestrae obscurum non est nos hac tempestate, nisi oppignoratis alii nostris districtibus, talem pecuniae summam in promptu non habere, quam mutuo dare possimus. Necessarium igitur fuit, si pecuniam comparare et S. Regiae Maiestati hac parte gratificari voluimus, rem magna cum difficultate et sub gravi usura cogere. Quae etiamdum non modo sine omni fructu, sed cum gravi nostro detimento, districtu Polangensi alteri iam concessso, apud nos asservatur, cum interim tamen censibus et proventibus eorum districtuum carere nos oporteat. Id quod Illustratas Vestra per se facile iudicare potest.

Porro quod finium terminandorum negotium a S. Regia Maiestate Illustrati Vestrae commissum est, id sane libertissime et magna cum voluptate audivimus, sperantes nimirus certo fore, ut aliquando tandem ad exitum haec res deducatur. Cum autem hoc promissum, a S. Regia Maiestate ante multos annos nobis factum, hactenus etiam tranquillis rebus et pacatis temporibus nondum effectum sit, considerare Illustritas Vestra facile potest nos tanta mora et procrastinatione non affici aliquo modo non posse, adeoque subvereri, ne res, sicut hucusque, longius differatur. Atque haec causa fuit, quod nullam occasionem praetermissimus hoc nomine solicitandi, decenter tamen et verecunde, non dure, quantum eius recordamur, ut appareret nos serio huius negotii finem expetere. Quapropter Illustratitatem Vestram iterum amanter petimus, dignet pro fraterna sua erga nos benevolentia hoc negotium ad S. Regiam Maiestatem ita promovere, ut Sua Maiestas, consideratis curis, sollicitudinibus et incommodis, quibus propter controversias finium, tam Lythuanicorum quam Mazoviae aliorumque in Prussia districtuum, hoc toto tempore gubernationis nostrae affecti fuimus et in hunc diem afficimur, huic tandem rei curationem adhibere velit.

Praeterea cum S. Regia Maiestas ante decennium, quo tempore in Lythuaniam proficiscens per Prussiam iter habuit, liberalissimam nobis spem fecerit fore, ut restantes particulae finium, quae ad utriusque tam S. Regiae Maiestatis quam nostram cognitionem a Dominis Commissariis reiectae erant, nobis in possessionem et dominium tradantur. Itaque hoc etiam nomine Illustratitatem Vestram amanter et fraterne oramus, ut pro singulari sua auctoritate apud S. Regiam Maiestatem hoc ipsum urgere diligenterque sollicitare non gravetur. Neque enim aliud maius officium Illustritas Vestra praestare aut praecarius de nobis mereri potest, quam si operam dederit, ut nobis superstibus haec finium controversia tollatur et dirimatur, quo filio nostro, Deo volente, successuro tranquillam aliquomodo gubernationem per manus tradere possimus. Dabimus sane operam diligenter, ut fraternis nostris studiis et officiis Illustratitati Vestrae satisfacere queamus. Quam bene feliciterque diu valere cupimus. Datae.

Audivit Princeps assidente Cancellario

In folio separato: Duci in Olyka, 2 Septembbris 62.

- 1) *Ericus XIV.*
- 2) *Fridericus II.*

N. 5431.

E Regio Monte, 2.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Petro Myszkowski, Cancellariae regiae praefecto,
litteras eius, Vilnae 14.VII.datas, ab internuntio suo Venceslao Schack sibi
allatas esse nuntiat et pro summa in tractandis negotiis suis diligentia
gratias agit; nihil odii vel malevolentiae erga eum in animo suo haerere
affirmat («Nos quod superioribus literis nostris, idem nunc scribimus
et plane affirmamus, quod Reverendam Generositatem Vestram per-
fecte exusatam habemus, eaque omnia, quae nobis quoquo modo
displicerent vel suspicionem aliquam movere potuerint, iam pridem
penitus deposuimus»).*

(Latine)

Cfr. El. XLI, N. 1857.

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5432.

S.l., 2.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
aliquot cydonia («etzliche quitten») reginae dono mittit et rogit, ut eiusmodi
fructus nomine suo reginae reverenter offerat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5433.

S.l., 3.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
de negotio matrimoniali sororum regis.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime..

Pro fide mea proque observantiae debito S. Regiam Vestram Maiestatem officiosissime celare non possum, cum Illustris Princeps, Dominus Ioannes Finlandiae Dux, ex itinere ad S. Regiam Vestram Maiestatem suo apud me descendisset, petiissetque a me, ut de quibusdam rebus colloquendi mecum potestas ei fieret, me ab Illustritate Sua intellexisse statum totius negotii de matrimonio inter Serenissimam S. Regiae Vestrae Maiestatis sororem Suamque Illustritatem constituendo. Praecipuum autem esse in eo caput animadverti, quod S. Regia Vestra Maiestas in elocandis Reginalulis morem in Regno illius receptum servare omnino decrevisset, sic sane, ut elocatio natu maioris¹⁾ elocationem iunioris praecedeleret. Ideoque tractatus eo nomine sic institutos fuisse, ut Illustritatis Suae frater,

Illustris Dominus Dux Magnus, matrimonium cum sorore S. Regiae Vestrae Maiestatis natu maiore contraheret, atque ita ordinationi Regni satis fieret. Hac in re dextre et ex voto S. Regiae Vestrae Maiestatis conficienda nihil studii, laboris seu diligentiae Illustritas Sua se praetermisisse aiebat, ita sane ut et fratrem suum praedictum in eam sententiam, quam continet S. Regiae Vestrae Maiestatis responsum hoc in negotio datum, perduxerit. Quanto autem animi maerore Illustritas Sua doleat, quod praeter omnem opinionem id, quod persuasionibus suis re ipsa complere nunc non possit, multis equidem indicis Sua Illustritas coram me contestata est. Animadvertis autem ex sermonibus illis, quos Sua Illustritas secreto mecum habebat, quod quasi in aurem S. Regiae Vestrae Maiestati dictum scribo, neminem ita impeditre eam matrimonii contractionem, ac Serenissimum Illustratis Suae fratrem, Dominum Suetiae Regem²⁾, ut si Illustritas Sua etiam omnia extrema tentaret, tamen hoc tempore adhuc impossibile sibi esset Regis animum mutare, ut conditioni a S. Regia Vestra Maiestate propositae assentiatur. Dicere enim Suetiae Regem magnam dissimilitudinem esse aetatis inter Ducem Magnum et sororem S. Regiae Vestrae Maiestatis natu maiorem, quam honeste matrem appellare posset.

Quae res quantum Illustratatem Suam excruciet, dici vix potest. Magnopere enim animum Illustritatis Suae afficit, quod secum cogitat, si frater Suam Illustratatem non subsequeretur et denegata sibi fieret a S. Regia Vestra Maiestate sororis iunioris³⁾ desponsatio, maximo cum dignitatis et existimationis Illustratis Suae ludibrio et irrisione hoc coniunctum fore, ut taceantur gravissimi sumptus, quos Sua Illustritas frustra impendisset. Praeterea et illud ab Illustritate Sua cognovi, quod candido et sincero pectore feratur erga S. Regiam Vestram Maiestatem ad quaevis amica studia illi pro summa virili contestanda. Utque dicam id, quod mihi videtur, quod si per Dei benignitatem matrimonii copula inter sororem S. Regiae Vestrae Maiestatis iuniorem et Illustratatem Suam confirmaretur, habituram esse S. Regiam Vestram Maiestatem eiusque Regnum cum provinciis illi incorporatis hunc Principem, ut dotes omnes in illo ducales divinitus ei inditas praeteream, ita coniunctum et quasi ad manum, ut sibi in omnem eventum ea de ipso certe polliceri possit, quae ab amicissimo coniunctissimo unquam alio profici possunt.

Ad haec cum ita inter nos haberentur sermones, facta quoque a me est mentio expeditionis illius bellicae, quam frater Illustritatis Suae, Sueciae Rex, parum amice contra S. Regiam Vestram Maiestatem movit. Hoc summopere Suae Illustrati dispicere multis Sua Illustritas argumentis ostendebat, ut diceret se cum detimento etiam suo fratrem a proposito retrahere conatum fuisse, nihil autem profecisse. Neque aliud superesse sibi, quod nunc quidem praestare amplius ea in re posset, quam quod dolenter atque aegre fratris hoc factum ferret. Non intermissuram autem Illustratatem Suam, quantum in illa esset, suadendo et consulendo fratrem hortari, ut pacem armis praferat. Ubi vero desponsatione iunioris S. Regiae Vestrae Maiestatis sororis Illustritatis Suae postulatis satis fieret, tum quidem dubium mihi nullum esset melius faciliusque mederi ei tum malo posse. Apparet enim in hoc Principe tanta animi erga S. Regiam Vestram Maiestatem constantia, ut nihil intentatum esset relicturnus, summoque studio Illustratatem Suam elaboraturam, ut controversiae et dissensiones omnes sopirentur paxque et concordia cum firma amicitia et mutuo amore coniuncta, in perpetuum duratura, inter Poloniae et Sueciae Regnum constitueretur. Quae res quam modis omnibus exoptanda et Reipublicae salutaris esset futura, S. Regia Vestra Maiestas multo prudentius me providet.

Ut autem nihil S. Regiam Vestram Maiestatem celem, hoc quoque quasi in aurem S. Regiae Vestrae Maiestatis dictum addo, me relatu hominum fide dignorum intellectisse Sueciae Regem mirabilis et obstinati ingenii esse, ut quod semel in animum induxerit aut facere intenderit, ab eo non ita facile retrahi vel abduci illum posse, ut credibile sit Dominum Finlandiae Ducem leni principio in his negotiis aggrediens uti oportere.

Quia vero ex sermonibus inter nos ita agitatis variae cogitationes se mihi obtulerunt, quas nunc in hanc, nunc in illam partem mecum ponderavi, ac primo quidem S. Regia Vestra Maiestas illud sibi de me, tanquam vasallo et consanguineo Principe suo, persuadeat, me non solum exoptare, verum summo etiam studio proque fide mea ad provehendum hoc propendere, ut vetus et laudatissima Regni constitutio de elocandis Reginulis observetur. Cogitavi autem de huius saeculi statu et rerum omnium qualitate innumerabilibus periculis obnoxia, denique expendenti mihi, quantum compendii, commodi et utilitatis S. Regiae Vestrae Maiestati Regnoque et provinciis illius ex matrimoniali hac coniunctione accrescere, et quam apposite medio quasi quodam divinitus oblato omnes controversiae per eandem complanari [et] Reipublicae saluti et tranquillitati consuli posset. In eam sane sententiam pertrahor, annon pro fidei meae debito consulendum mihi sit, ut S. Regia Vestra Maiestas strictae istius constitutionis legem de elocandis Reginulis pro temporum qualitate moderatione aliqua limitet atque huic Principi sororem iuniorem in matrimonium collocet, cum meo iudicio S. Regia Vestra Maiestas hoc tempore non melius nuptui dare illam possit, quam eidem Principi, siquidem in Romano Imperio omnes fere Principes iam sunt uxorati, tum quod adolescentia a senio plerunque abhorre solet. Quod si magnis Imperatoribus pro ratione temporum leges et statuta condere et mutare rationi consentaneum et aequum visum est, cur non S. Regia Vestra Maiestas huic quoque saeculo turbulentissimo se accommodaret atque aliquid de constitutione Regni indulgeret. Posset fortassis deinde via aliqua se offerre, ut vel cum Duce Magno vel, prout Deo visum est, cum aliquo alio ratio elocationis senioris natu S. Regiae Vestrae Maiestatis sororis inveniretur, ne per strictae illius constitutionis observationem altera Reginularum alteri obsit. Ac facile quidem S. Regiae Vestrae Maiestati esse existimo, ut apud se Serenissimas sorores suas alat, sed minoris esse difficultatis arbitror unam potius quam ambas celibes domi retinere.

Quod si S. Regia Vestra Maiestas huic Principi sororem natu iuniorem despondere noluerit, vel procrastinando in longas consultationes negotium hoc reiecerit, in eo casu animadverti Suam Illustritatem, rebus omnibus infectis, non curans iis, quae Suae Illustritatis praeter omnem opinionem in hoc negotio acciderunt, sumptibus etiam in summa satis magna posthabitis, a S. Regia Vestra Maiestate recessuram atque ad suos reddituram esse, siquidem Sua Illustritas ad solam S. Regiae Vestrae Maiestatis sororem iuniorem animum applicuit, in quo etiam constanter perserverare decrevit. Quae cum ita se habeant, submisce S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut clementer secum perpendat, quantum momenti et S. Regiae Vestrae Maiestati et prudentissimis consiliariis suis in hoc negotio situm sit, quid ei commodare vel incommodare possit, utrum perpetua amicitia perpetuis simultatibus et offenditionibus praferenda sit. Denique ut meam hanc praemonitionem et qualiscunque consilii mei tenuitatem, quae ex fidei meae debito proficiscitur, regio ac benigno vultu metiri sibique haec etiam a me secreto concredita habere, ac lectas literas hasce igni statim committere dignetur. Si quid vero S. Regia Vestra Maiestas hoc in negotio per me confectum volet, liberum illi erit mandare. Ego me eum geram, ut S. Regia

Vestra Maiestas me, etsi valoris parvi, tamen probae fidei semperque obsequentem vassallum et consanguineum Principem experiatur. Dominus Deus S. Regiam Vestram Maiestatem in longa tempora salvam et incolumentem conservet. Datae.

Cancellarius⁴⁾ audivit
et Princeps

In folio separato: Regi Poloniae, 3 Septembbris anno 62.

- 1) *Anna.*
2) *Ericus XIV.*

- 3) *Catharina.*
4) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5434.

S.l., 3.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
nuntiat ducem Finlandiae Ioannem omni culpa vacare, quod fratrem suum,
ducem Magnum, secum ad regem adducere non potuerit; sperat eum ex
litteris suis ad regem datis sententiam de hac re suam intellecturum esse;
rogat, ut apud regem det operam, quo postulatis ducis Finlandiae in hoc
negotio satisfiat, et ut literae suaes ad regem datae, perfectae igni crementur.*

(Schedula: ducis Finlandiae laudatio).

Conc., H B A, B, K. 1184.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Secretius et quasi in aurem dictum Illustritatem Vestram latere nolumus, Illustrum Principem Dominum Ioannem Finlandiae Ducem, cum apud nos ex itinere suo Vilnam suscepto descendisset, sermones nobiscum habuisse de negotio matrimoniali inter Serenissimam S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, sororem¹⁾ et Suam Illustritatem tractatibus quibusdam constituto. Praecipuum autem atque unicum illud in eius Illustritate animadvertisimus, magnopere animum Suae Illustritatis affici, quod Sua Illustritas fratrem suum, Dominum Ducem Magnum, iuxta responsum S. Regiae Maiestatis in eo negotio datum secum non adducat, neque adducere potuerit. In quo Suam Illustritatem omni sane culpa vacare cognovimus. Ac non per illum, sed per Serenissimum Sueciae Regem, Suae Illustritatis fratrem²⁾, praestare nobis Sua Illustritas contestata est.

Quae cum ita se habere ex mutuo colloquio, quod nobis cum Sua Illustritate fuit, intellexerimus, facere non potuimus, quin eam rem totam et consilii qualiscumque nostri sententiam ad S. Regiam Maiestatem prescriberemus. Quia vero S. Regia Sua Maiestas nihil Illustritatem Vestram celare consuevit, supervacaneum esse duximus longa scriptione et duplicita lectione Illustritati Vestrae molesti esse. Itaque unice ac fraterne Illustritatem Vestram oratam habemus, ut literas eo in negotio ad S. Regiam Maiestatem scriptas non alia mente quam ex fide nostra S. Regiae Maiestati debita profectas esse reputet, proque ea, qua apud Suam Maiestatem

authoritate valet plurimum, iuvare ac promovere velit, ut postulatis huius Principis a S. Regia Maiestate satifiat. Deinde dignetur quoque Illustritas Vestra diligenter curare, ut literae ad S. Regiam Maiestatem nostrae, ubi a Maiestate Sua et Illustritate Vestra lectae fuerint, statim igne crementur, ne ad manus alterius hominis perveniant. Denique Serenissimae Regiae Maiestati Suae eundem Principem de meliori nota commendet partesque Illustritatis Suae foveat atque eo amoris loco illum habeat, quo nos dignatur. Nullum enim nobis dubium est, Illustritatem Suam, siquidem singularis in ipsa elucet humanitas, fraternae benevolentiae argumenta vicissim Illustritati Vestrae contestaturam esse ac nostram commendationem non modo apud S. Regiam Maiestatem, verum etiam apud Serenissimam Maiestatis Suae sororem atque Illustritatem Vestram longe superaturam. Factura Illustritas Vestra rem nobis et gratam et fraterno amicitiae studio compensandam. Cupimus tandem Illustritatem Vestram rectissime valere. Datae.

Schedula alia manu exarata:

Cum has literas manu mea subscribere volebam, cogitavi de humanitate et virtute, quae est in Domino Duce Finniensi, quo dignum illum esse putavi, ut maxime commendaretur. Oro itaque Illustritatem Vestram sicut charissimum fratrem et amicum meum, ut illum sibi commendassimum habere velit rebusque in omnibus iuvare. Tales enim Principes hoc tempore non multi inveniuntur. Vestra Illustritas re ipsa intelliget, quod Sua Illustritas omnes commendationes superabit, et quod non poenitebit Illustritatem Vestram, si illum, ut ego spero, promovebit. Habebit non modo Illustritas Vestra inde utilitatem, sed Respublica multo maiorem. Et si nihil esset aliud, tamen propter pacem et amicitiam perpetuam facendum hoc esset, quod Sua Illustritas petit. Non dubito, quod Illustritas Vestra faciet facienda. Hoc Sua Illustritas promerebitur et ego quoque, quacunque in re potero.

In folio separato: Duci in Olika, 3 Septembbris anno 62.

- 1) *Catharina.*
- 2) *Ericus XIV.*

N. 5435.

S.l., 3.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Iob Breitfuss, burggravio Vilnensi, armifactori regio,
pulverem tormentarium a se regi missum partim corruptum et vitiatum fuisse
valde miratur (cfr. N. 5429).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5436.

E Regio Monte, 8.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Iacobo Moller, cive Toruniensi, quem aliqui illius civitatis consules capitali quodam odio persecuti dicuntur, intercedit et orat, ut rex officialibus istic suis, qui iuri dicendo praesunt, iniungat, quo dictio Iacobo debitam et indilatam iustitiam administrent.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5437.

S.l., 10.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

pro subdito suo Thoma Koss (Coss), cive Regiomontano, rogat, ut negotium eius regi commendet.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5438.

S.l., 11.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,

pro concionatore Culmensi, «pio vitae christianaे magistro», intercedit et rogat, ut eum regi commendet, ne eum a canonicis Culmensibus vexari patiatur, sed ut saltem usque ad Comitiorum Regni decisionem in officio relinquatur.

Ostpr. Fol., vol. 46.

An hern Gabriel Terla, den 11 Septembris 62.

Wir wolten euch gnediger meinung nicht bergen, das uns der rath und gemeine zu Collmen underthenig vermelden lassen, wie sy in vilen jaren keinen predicanen bey inen gehabt und nu aus Gottes gnediger schickung einen gottfurchtigen, frommen lehrer eines cristlichen lebens und wandels bekommen, der inen Gottes wort lauter und rein furtregt. Aber die thumbherrn, weil itzundt das bistumb ledig stehet¹⁾, wollen solchen nicht leiden, sonder bemuhen sich mit gewalt, auch das zu befahren, es möcht villeicht ein aufruhr daraus entstehn, damit sy inen hinweg bringen mochten. Nun haben wir bey ko.mt. zu Poln etc. etc. ein vorbihth gethon, das s.ko.mt. den thumbherrn bevelhen wolde, den predicanen ungeirret zu lassen, damit das aufgehende licht, das heilig Evangelii, nicht verdruckt werde.

Und gelangt demnach an euch unser gnediges begeren, ir wollet dise sache eurem besten vermuten nach, als ein crist und der Gottes wort lieb

hat, bey ko.mt. fordern helfen, damit den thumbhern ir willen gebrochen,
und die von Colmen iren prdiger also lang behalten mugen bis es etwann
uffm reichstag in der Chron Polen anders verordnet und beschlossen werde.
Daran erzeigt ir sonder zweifel dem lieben Gott ein gefelligen dienst und
helfet die cristliche kirche erbauen und mehren. Und wir seint es etc.

Princeps audivit praesente Secretario
Con[stantinus] Silvius

1) *Episcopo Ioanne Lubodzieski 23.III.1562
mortuo, sedes Culmensis vacabat usque ad
nominationem Stanislai Zelistsawski 9.X.1562
factam.*

N. 5439.

S.l., 11.IX.1562.

*Albertus dux in Prussia
universis*

notum facit se plenipotentes suos ad accipiendam possessionem hypothecariam praefecturae Jurborgensis hos consiliarios suos deputasse: Ioachimum Borck, aulae suae supremum marsalcum, Venceslaum Schack de Stangenbergh et Baltasarem Gans, secretarium suum.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5440.

S.l., 12.IX.1562.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
suum tormentorum bellicorum fusorem («den giesser») a rege postulatum ad
tempus mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 845.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5441.

E Regio Monte, 12.IX.1562.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro subdito regio Ioanne Sigard, consule Graudentino, a praefectis quibusdam
molestato, intercedit et rogat, ut eum rex «contra iniquam molestationem
et persecutionem praefectorum Graudentinensium clementer
tueatur».*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro concionatore Culmensi, «verbum Dei pure et recte iuxta propheticam et apostolicam veritatem» populum docturo, intercedit et rogat, ut rex canonicis Culmensibus interdicat, ne ei ullo modo molestiam faciant.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod senatus populusque civitatis Colmensis officiosissime significandum mihi curavit, quomodo ex mera divina gratia et providentia (cum iam multis annis parochia apud ipsos vacasset et toto septennio nullam contionem sacram plebs audivisset) virum pium, eruditione et innocentia vitae spectabilem, qui verbum Dei pure et recte iuxta propheticam et apostolicam veritatem cum fructu populum doceat, post multas curas et sollicitudines tandem adepti sint. Qua de re aeterno Deo indesinentes gratias agant. Verum haec felicitas ne ipsis diuturna sit, vehementer se vereri, siquidem Canonici, vacante adhuc sede episcopali¹⁾, omnem lapidem movere eoque unice intenti esse dicuntur, ut dictum concionatorem amoveant atque e medio tollant, adeo etiam, ut verendum plane, ne ea res, si per vim aliquid moliantur Canonici contra cives, seditioni alicui ansam praebitura sit. Quare dictus senatus populusque Colmensis vehementer a me efflagitavit, dignarer hoc nomine ad S. Regiam Maiestatem Vestram intercessorias meas literas dare. Quod ipsis quidem potentibus, iustitia et pietate causae motus, denegare nolui.

Quare S. Regiam Maiestatem Vestram etiam atque etiam subiectissime oro, ut propter verae religionis amorem Rempublicam Culmensem in hac pia et iusta causa clementer iuvare ac tueri dignetur, ne renascens ibi lux Evangelii extinguitur, sed in dies magis ac magis incendatur, propagetur, amplificetur et multae Christo animae lucrifiant. Hoc ita commodissime meo quidem iudicio fiet, si S. Regia Maiestas Vestra Canonicis Collensis interdixerit, ne concionatori evangelico ullo modo molestiam exhibeant, sed eum pure et recte docentem et sine probro viventem tolerent tantisper, donec in Comitiis Regni aliud quid in religione statutum fuerit. Factura S. Regia Maiestas Vestra rem Deo in primis gratam et amplificando Regno Christi valde necessariam et utiliem. Ego autem debitis meis officiis et subditis studiis sedulo demererri conabor. Christus omnipotens S. Regiam Maiestatem Vestram diutissime incolumem conservet. Datae Regiomonti.

Relatio Cancellarii²⁾

Idem legit

Princeps audiit praesente B. Gans

In folio separato: Regi Poloniae, 12 Septembbris

1) *Cfr. notam in N. 5438.*

2) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5443.

E Regio Monte, 12.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro civibus Culmensibus contra eiusdem civitatis canonicos (cfr. N. praeced.).*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5444.

S.l., 13.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*suadet, ut Comitia Regni ad diem 11.IX. indicta omni modo urgeat, neque per-
mittat, ut longius differantur, et eis in propria persona interesse velit; de
tractatibus matrimonialibus Christophori ducis Megapolensis sibi nihil
constitisse nuntiat.*

(*Schedula: de Christophori ducis Megapolensis in Sueciam profectione*).

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex etc.

S. Regiam Maiestatem Vestram pro debita mea fide et observantia celare non possum me certo comperisse, quod paucis abhinc diebus magna pars nobilitatis, procerum et senatorum ex multis et variis locis ac districibus Regni Poloniae, scilicet Cracoviensi, Sandomiriensi, Russiae ac Mazoviae etc., Sandomiriae fuerit congregata. Ubi initio responsum S. Regiae Maiestatis Vestrae, legatis nuper Minoris Poloniae Vilnae datum, attente ab omnibus auditum fuit, postea variis et gravibus querelis omnia repleta fuisse dicuntur, tum quod S. Regia Maiestas Vestra redditum suum in Regnum tam diu differret, et rebus labantibus non succurreret, tum etiam quod iustitiae administratio admodum frigeret, omnesque propemodum anguli invasionibus, rapinis, caedibus, violentiis pleni essent ac insuper a potentissimis hostibus cingerentur, unde certum exitium Regno imminaret. His itaque periculis commoti, communibus votis in eam sententiam omnes ivisse dicuntur, quod ipsi inter se Comitia Petricoviae celebrare velint ad festum Circumcisionis Domini. Ad quam rem commodius expediendam certos nuntios tum ad Dominum Archiepiscopum aliquos spirituales prelatos, tum ad ceteros Regni status emisisse feruntur petitum, ut constituto tempore Petrikoviae certo compareant etc.

Haec sane, ut verum fatear, magno animi mei cum maerore cognovi. Nam dum exactius rem perpendo, haud obscure video, quantum hinc periculi et turbarum oriturum sit, si contingat status Regni ex propria voluntate et pro suo ipsorum arbitrio, non consulta S. Regia Maiestate Vestra, Comitia celebrare. Quare S. Regiae Maiestati Vestrae, pro debito meo officio ac fide, diligenter suadeo et consulo, ut Comitia Regni, quae ad festum Martini¹⁾ a S. Regia Maiestate Vestra indicta esse feruntur, omni modo et ratione urgeat, nec committat, ut longius differantur, ac in primis, quod maxime necessarium est, propria in persona Comitiis interesse non grave-

tur. Ita sine dubio et conatus iniquos impedire aut praevertere et omnibus rebus dubiis recte subvenire S. Regia Maiestas Vestra poterit. Si autem diutius extrahantur Comitia, verendum plane est, quoniam plerique novandarum rerum studiosi sunt, ne graves et periculosi motus inde existant. Quos S. Regia Maiestas Vestra celebrandis mature Comitiis evitare commodissime valebit.

Praeterea ad me perlatum est S. Regiam Maiestatem Vestram compreisse, quod Illustrissimus Dux Megalburgensis Christophorus²⁾ cum Rege Swetiae³⁾ tractatus habuerit, quibus Regis sororem sibi desponderit, ac non solum mirari S. Regiam Maiestatem Vestram, verum etiam succensere mihi quodammodo, quod ea de re nihil hactenus ei significaverim. Ego sane S. Regiae Maiestati Vestrae certo affirmare ausim, me hucusque de his sive tractatibus sive sponsalibus ne verbum quidem audivisse vel comperrisse, priusquam ex aula S. Regiae Maiestatis Vestrae ad me perscriptum fuit. Alioqui non commisissem, quin S. Regiae Maiestati Vestrae e vestigio, quemadmodum superius negotium, subdite communicassem. Emisi tamen celeres nuntios ad Illustrem Ducem Ioannem Albertum Megalburgensem et ad alia loca. Qui ut primum aliquid certi hac de re attulerint, dabo operam, ut celeriter ad S. Regiam Maiestatem Vestram perferatur, vehementer et obnixe petens, S. Regia Maiestas Vestra clementer me excusatum hoc nomine habeat ac certo statuat, me nullo modo S. Regiam Maiestatem Vestram celaturum fuisse, si quid comperti hac de re habuissem. Ego enim quae S. Regiam Maiestatem Vestram velle, quaeque ad eam pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo. Deus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem Vestram longis temporibus florentem et felicem conservet.

Ex relatione Cancellarii⁴⁾
Princeps audit

In folio separato: Regi Poloniae, 13 Septembris.

Schedula:

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Hac ipsa hora, qua has literas subscribo, venit ad me magnis itineribus Illustrissimi Ducis Ioannis Alberti Megapolensis etc. secretarius, nuntians Ducem Christophorum Megapolensem ad XXI Augusti ex Tramunda⁵⁾, qui portus a Lubeco non procul distat, secundo vento solvisse atque, ut rumor est, in Suetiam cogitare. Quanquam autem Illustritas Sua de hac profectione fratres suos certiores fecerit, tamen de loco, quo iter suscepit, nullam in literis mentionem facit, quemadmodum S. Regia Maiestas Vestra ex ipso Ducis Christophori scripto, quod hisce adiunctum mitto, clare cognoscet. Petiit autem Illustrissimus Dux Ioannes Albertus, gener meus charissimus⁶⁾, ut S. Regiae Maiestati Vestrae hoc ipsum celeriter communicarem, simulque Illustritatem Suam diligenter excusarem, quod hactenus nihil de hac re scripserit. Se enim una cum fratre, Duce Ulrico⁷⁾, nihil quicquam huius rei ne cogitare quidem potuisse, alioqui si quid explorati habuisset, me nequaquam celaturum fuisse. Vehementer itaque et obnixe peto, S. Regia Maiestas Vestra et me et generum meum clementer excusatatos habere velit, quod citius hanc rem non significaverimus. Neque enim ante hoc tempus aliquid nobis de Ducis Christophori consiliis aut inceptis cognitum fuit. Multo autem minus S. Regia Maiestas Vestra credit, Ducem Christophorum meo aut fratrums suorum consilio et assensu hoc inceptasse, cum ne

cogitare quidem tale quid potuerimus. Quod certo et asseveranter scribere mihi licet. Commendo S. Regiam Maiestatem Vestram Deo omnipotenti longis temporibus incolumem conservandam. Datum ut in literis.

In folio separato: Cedula in literis Regis.

- 1) *11.XI.*
- 2) *coadiutor Rigensis.*
- 3) *Ericus XIV.*
- 4) *Ioannes a Kreitzen.*
- 5) *Germanice: Travemünde.*
- 6) *maritus Annae Sophiae, filiae ducis Alberti.*
- 7) *Ulricus III, dux Megapolensis.*

N. 5445.

E Regio Monte, 13.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Bartholomaeo Piotrowicz, subdito regio, in aula sua per aliquod temporis
spatium versato, intercedit et rogat, ut eum in numerum servitorum regio-
rum recipiat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5446.

E Regio Monte, 13.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
litteras eius, Vilnae 26.VIII. datas, se accepisse et ex iis negotium oppignora-
tionis praefecturarum Vielonensis et Barsagolensis cognovisse nuntiat;
cum tamen in hac temporis angustia pecuniam integrum numerare non
possit, veredarium eius diutius detinere se nolle; brevi consiliarium suum
Venceslaum Schack ad eum missurum esse, qui cum eo de hac re acturus
sit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5447.

E Regio Monte, 13.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Stanislao Maciejowski, castellano Sandomiriensi, R.P. marscalco,
rogat, ut nuntiis suis ad Comitia Regni Poloniae, rege id postulanente, ablegatis,
commodum hospitium et diversorum procurare et assignare velit.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5448.

S.l., 13.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
litteras eius, 1.IX. Vilnae datas, se accepisse significat et pro novitatibus sibi
communicatis, praesertim de statu exercituum Moscovitici et Poloni, gra-
tias agit; rogat, ut saepius scribat et res novas communicet; se Deum exo-
rare nuntiat, ut vim Mosci, hostis hereditarii, frangat et terris Livoniae
Lithuaniaeque pacem et tranquillitatem concedat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5449.

S.l., 15.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
notum facit se Erhardo a Kunheim, secretario regio, et Venceslao Schack, con-
siliario suo, iniunxisse, ut quaedam ei referrent, et rogat, ut eos clementer
audire velit et loquentibus plenam fidem habeat.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5450.

S.l., 23.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
de matrimonio inter sororem regis Catharinam et Ioannem ducem Finlandiae.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5451.

S.l., 30.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

Achilli Scipioni

*pro novitatibus sibi communicatis gratias agit et rogat, ut etiam in posterum
nova scribat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,

*rogat, ut se apud regem excuset, quod propter temporis angustiam, senectam
aetatem et valeitudinem suam nuptiis inter reginulam Catharinam et Ioan-
nem ducem Finlandiae 4.X. celebrandis interesse non poterit; omnia fau-
sta ex hoc matrimonio regi precatur; pro regis erga se favore et benevolen-
tia sibi per eum communicata gratias agit; novitates quasdam Sigis-
mundi ab Herberstein, in litteris eius memoratas, sibis allatas non esse
nuntiat; gratias agit pro opera eius in negotio civium Culmensium
impensa et rebus novis sibi perscriptis.*

Ostpr. Fol. vol. 46.

An Gabriel Terla den letzten Septembbris anno 62 etc.

Uns ist heut dato euer an uns ergangenes schreiben, des schreibers handt wir wol kennen, neben der ko.mt. zu Poln etc., unsers g. herrn etc., gnedigen erfurderung auf die hochzeitliche ehefreuden, den 4 Octobris nechstkonftig angestelt, zukommen. Und haben aus demselben eurem schreiben under anderm vestanden, wess man uff ermelten schirstkonftigen 4 Octobris vorhabens, auch wess nach volbrachtem solchem handel, dem der liebe Gott mit seinem heiligen geiste getreulich beywohnen wolle, ferner vermutlicht. Seindt euch fur solch euer schriftliches ersuchen und mitteilung in gnaden danckbar. Spuren und mercken dadurch eure gegen uns gewogenen willen und zugethones gemuth und denen, so wir noch seithero je und allewege an euch gehabt und befunden. Und were uns aufs hochste erfreulich, ja nichts liebers, dann das wir hochstgenanter ko.mt. etc., als unserm gnedigsten herren and freundlichen lieben ohmen, also auch der cum tittulo viel tugentsamen freulein¹⁾, zun ehren auf solchen den 4 Octobris angesetzten ehefreuden erscheinen und iren ko.mt. in deme unsere trew, gehorsam und dinste bezeugen mochten. Ja umb soviel mehr lieb und erfreulich sollte uns solchs sein, dieweil wir wissen, das die cum titulo konigin gerne sehe und wolte, das ire ko.mt. sich mit uns gnedigst und wir uns hinwiederumb mit irer mt. underthenigst fur unserm abschide (den der liebe Gott gnedigst und vetterlich nach seinem willen und wolgefalen schicken wolle) noch einmahl sehen und dinstlich besprechen muchten. Weil aber die gelegenheit unsers von Gott tragenden alters und gesundtheit also und dergestalt geschaffen, das wir uns itziger zeit nirgentshin, ja nicht fur das thor hinaus begeben konnen noch mogen und noch diese stunde in der cura sein, den almechtigen lieben Gott bittende, seine almacht wolle uns seine hulff, gnade und barmhertigkeit vetterlich allergnedigst vorleihen und zu unsrer gesundtheit wiederumb vorhelfen. Wie wir dann hoffen, es sich mit uns nach Gottes gnedigen willen zur besserung anlassen werde, so wunschen wir denn zufolge zu solchem angefan- genen christlichen wercke Gottes gnedigen segen und alles, wess beide, braut und breutigam, zur sehlen heil und seligkeit zufurderst und darnach su allem gutten gereichen und gedeien muge. Der liebe treue Gott gebe, das sein heiliger gotlicher nahme und alleinseligmachendes wort dadurch gepreiset, geehret und ausgebreitet, auch alles, wess zu ausrichtung gutter freundtschaft, friede, einigkeit und allem andern gutten zwischen den koniglichen heussern beide, Schweden und Polen etc., dinlich gepflanzet und gestiftet werde.

Und gesinnen demnach in allen gnaden hiemit an euch, ir euch unser gnedigen zuvorsicht nach hirinne gegen uns den freund, den wir noch jhe und allewege an euch gespuret, hirinne erzeigen und uns bei ko.mt. oberzelter unser ehehaft als leibsschwäche und ander ungelegenheit halben underthenigst zum vleissigsten entschuldiget und derselben daneben anzeigen wollet, do es der gelegenheit, wie oben gedacht, mit uns nicht gehabt, die zeit auch nicht zu kurtz, solte uns nicht allein nicht beschwerlich, sondern vielmehr lieb und erfreulich gewesen sein, das wir uns bei der ko.mt. auf ir gnediges erfurdern einstellen und unsren diinstlichen willen und gewogenheit gegen dieselbe hirinne beweisen mugen. Wir zweifeln auch nicht, ire ko.mt. wurde uns hertzlich gerne gesehen und gehabt haben.

Wir thun uns auch gegen mehr hochgedachte ko.mt. zum underthenigsten, also auch eur person in allen gnaden bedancken, das ire ko.mt. uns also gnedigst gewogen und zugethan, und ir uns solches in eurem schreiben angemeldet. Der liebe Gott wolle uns solchen ko. gonst und gnade bis in unser gruben gnedigst vorleihen. Spuren und befinden auch im werck, das ir ko.mt. uns gnedigst geneigt. Das aber der bosen welt itzigem lauf und gebrauch nach bisweilen wol etwas wiederwertiges mit unterleuft, ist uns warlich nichts wenig beschwerlich und zu erfahren bekommerlich gewesen, habens uns sehr zu herzen gefuret und gleuben wol, wie wirs auch zum theil in der that bisweilen empfinden, das der welt brauch nach wol allerley vortfelt und mit underleuft. Wir wollen uns aber in dem unsers gutten gewissens und unschult getrosten und freuen und nechst Gott gegen der ko.mt. hoffen, wie wir auch den Almechtigen kintlich darumb bitten, ire mt. dermahleins und entlich unsere unschult, und ob wir mit grundt oder ungrundt bei irer ko.mt. also aufgesetzt und zu solchen unterlaufen ursach geben, auch noch der nicht empfinden werden.

Zu euch wollen wir uns nicht anders getrosten und vorsehen, dan wie eur an uns gethanes schreiben derenthalben meldet und lautet. Und hoffen festiglich des wir auch hiemit fleissig bitten und begeren, da ir konftig in erfahrung kommen und mercken wurdet, das uns jemandts bei der ko.mt. zu rede setzen oder ichts wieder uns thun und handlen, wie der treue freundt, den wir noch ihe und allewege an euch gemerckt, dessen ir euch in gleichen und nicht anders zu uns gewisslich zu vorsehen.

Wes ir wegen etzlicher zeitungs vom hern von Eberstein²⁾ in eurem schreiben meldet, in dem geben wir euch in gnaden zu vornehmen, das uns solche nicht worden oder mit noch bei eurem schreiben überandtwortet, wirt vielleicht aus eitel vorgessen oder sonston anderer ungelegenheiten halben eingestellet sein.

Fur ewer erbitten der stadt Colm halben sagen wir euch in gnaden danck und gesinnen gnedigst, obwohl eur furdern und anhalten desfals aus eurn angezogenen ursachen nichts helfen oder fruchtbarlichs erhalten mochte, so wollet doch gleichwohl an eurem vleiss und sollicitiren kein mangel sein lassen.

Also seint euch auch gleicher gestalt fur die uberschickten zeitungs in eingeleistem zedel, desgleichen die, so vom ku. hoffe kommen, in gnaden danckbar mit bitt, ir uns wess ferner verlaufen wirt, iderzeit unbeschwert zu wissen thun und mit eurem schreiben oft ersuchen wollet, und wir wollen eures dieners ankunft in gnaden erwarten. Also wollet auch beivorwarten brief ahn Achillen Scipionem, schellenschmidt haltende, nichts weniger auch die andern schreiben, so wir euch zuvor an inen auch zugeschickt, bei gewisser botschaft bestellen, das er sie gewisslichen zu seinen henden entpfangen und nicht irgentswo nidergelegt werden mugen, dann wir euch

gnedigst nicht bergen wollen, das wir die zeitungen von ime bekommen,
die uns so sehr erfreuet, also wann uns einer ein gerings landt vorehret het-
te. Welchs alles wir euch zu gnediger andtwort nicht vorhalten wollen etc.

Commissio Principis propria
Idem audivit
praesente D. Canicio
praesente Scalichio etc.

- 1) *reginula Catharina.*
- 2) *Sigismundus ab Herberstein.*

N. 5453.

S.l., 30.IX.1562.

Albertus dux in Prussia

*Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarlo,
litteras eius, 22.IX. Vilnae datas, se accepisse, sed propter festinationem et
temporis angustiam ei prolixius respondere non posse nuntiat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 145.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5454.

S.l., 3.X.1562.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae
de matrimonio inter Ioannem Finlandiae ducem et reginulam Catharinam
4.IX. celebrando gratulatur et se excusat, quod propter temporis angu-
stiam et valetudinem suam nuptiis interesse non poterit.*

Cfr. El. XXXI, N. 848.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Literas S. Regiae Maiestatis Vestrae, XXI Septembbris Vilnae datas,
quibus me ad nuptias Serenissimae Illustrissimaeque Principis et Domini-
nae, Dominae Catharinæ, consobrinae ac sororis meae charissimæ, cum
Illustrissimo Finlandiae Principe, affine et fratre meo charissimo¹⁾, quarta
die Octobris celebrandas (quibus ego benedictionem divinam atque
omnem felicitatem precor) invitat, qua debui subiectione accepi atque ex
iisdem caussas sufficientes et necessarias, quam ob rem tam arctum breve-
que tempus nuptiis indictum sit, intellexi. Dici autem vix potest, quanto
laetissimum illud nuntium me gaudio affecerit, cum eum tandem in locum
divina favente gratia rem deductam esse cognoscerem, ut de die ad nuptiales
ritus constituto inter S. Regiam Maiestatem Vestram et Illustrissimum
Finlandiae Principem convenisset, Deum Optimum Maximum iterum

atque iterum ardentibus votis orans, ut id coniugium clementer fortunet et primum ad divini nominis sui gloriam, deinde etiam ad utriusque Regni, Poloniae scilicet et Suetiae, incrementum dirigat. Nec vero quid iisdem de nuptiis S. Regia Maiestas Vestra superioribus literis ad me scripserit, obli- vioni tradidi, nihilque sub sole est, quod vehementius nunc optare velim, quam ut nuptiis regiis ipse adesse et S. Regiae Maiestati Vestrae, Illustris- simaeque sponsae ac sponso Illustrissimo hac in re gratificari et morem gerere possem. Verum S. Regiae Maiestati Vestrae rem pro regia sua pru- dentia mediocriter ponderanti obscurum esse minime potest, quam omnino (licet id unice cupiam) propter temporis angustiam (et valetudinem meam, quae ipsa etiam maximo impedimento mihi futura esset, hic praeterero) factu id mihi sit impossibile.

Quapropter S. Regiam Maiestatem Vestram etiam atque etiam vehe- menter et subdite peto, ut clementer me excusatum habere dignetur ac omnino sibi persuadeat, nisi tanta temporis brevitate, deinde ipsa quoque invaletudine ac pluribus praeterea senectutis meae incommodis impedirer, exoptatius mihi gaudium accidere nullum posse nihilque maiore cum voluptate me facturum, quam si S. Regiae Maiestati Vestrae Serenissimae- que sponsae et sponso Illustrissimo voluntatem meam ad omnia officiorum genera promptissimam queam ostendere. Deinde si ipse advenire non pos- sim, legatos meos mitti S. Regia Maiestas Vestra cupit. Id quidem libentis- sime essem facturus, si quoquo modo esset possibile, ut in hac tanta tem- poris angustia expediri possent. Iniunxi tamen nihilo minus nobili fideli mihi dilecto Venceslao Schack, quem cum negotiis quibusdam meis ad S. Regiam Maiestatem Vestram ablegavi, ut meam personam, si fieri queat, ut literae illae isto tempore illi reddantur, in nuptiis regiis gerat et novis coniugibus pro more et consuetudine congratuletur. Sed nunc ad eas nup- tias, ita quidem ut decebat subditum Principem et consanguineum, me paratum non esse, S. Regiam Maiestatem Vestram temporis brevitati imputaturam atque aequi bonique consulturam minime dubito, utque id faciat, maximopere et submisso oro. Daturus autem sum operam, ut quam primum cum S. Regiae Maiestati Vestrae, tum ipsis quoque Serenissimis Illustrissimisque coniugibus officia mea paratissima eo, quo convenit, modo, propensamque voluntatem declarem. His S. Regiam Maiestatem Vestram diutissime valere exopto. Datae.

Princeps audivit
praesente F. a Canitz

In folio separato: Regi Poloniae, 3 Octobris anno 62 etc.

1) *Ioannes.*

N. 5455.

E Regio Monte, 20.X.1562.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
querimoniam eius de se, nulla ex malevolentia profectam, in bonam partem se
accipere nuntiat; condiciones suas ad oppignorationem praefectureae
Polangensis pertinentes sibi aequas videri scribit; narrat historiam resi-
duarum finium particularum, sibi a rege promissarum.
Conc., H B A, B, K. 1184.*

Officia nostra amica etc.

Illustritatis Vestrae ad literas nostras superiores responsum, Caunae 16 Septembris editum, accepimus et ex eo cognovimus causas et rationes, quibus Illustritas Vestra mota superiore tempore coram internuntio nostro Venceslao Schack querelam de nobis habuerit. Quam quidem cum Illustrati Vestrae iustus dolor et erga S. Regiam Maiestatem Poloniae etc., Domini num nostrum clementissimum, fides expresserit, aequi bonique facimus et in meliorem partem facile accipimus Vestramque Illustratatem hoc nomine plane excusatam habemus, omnino nobis persuasum habentes eam querimoniam ex nulla erga nos malevolentia promanas. Utinam autem S. Regiae Maiestati omnibus in rebus pro voto illius gratificari et officiosam ac fidelem mentem nostram re ipsa declarare Suamque Maiestatem nostris facultatibus sublevare possimus, profecto non habitura esset Illustritas Vestra aut quisquam alias ullam de nobis querendi iustum causam. Sed quoniam deficientibus viribus, nobis ut volumus et cupimus nequaquam licet, ideo Illustratatem Vestram excusationem hanc nostram plane necessariam amanter et fraterne accepturam non diffidimus. Si qua tamen in re nostra opera, studium et diligentia requirentur, offerimus nos pro modo virium et facultatum nostrarum ad inserviendum et iuvandum promptos.

Quod ad condiciones praefecture Polangensis attinet, quae Illustrati Vestrae durae visae sunt, nos vere scribere et affirmare possumus, quod eas bono et simplici animo proposuimus, ut qui maxime cupiamus controversias finium tandem terminatas et tam S. Regiam Maiestatem quam nos tantis molestiis et interpellationibus, quae ratione finium controversorum in dies existunt, levari. Ne igitur Illustritas Vestra secus interpretetur, aut in peiorum partem trahat, etiam atque etiam amanter rogamus.

Ceterum Illustratatem Vestram ad regundos istos fines a S. Regia Maiestate designatam libenter audivimus et cupide cognovimus. Speramus enim certo Illustratatem Vestram molestiarum nostrarum, quas ex hoc diuturno negotio finium indeciso percipimus, aliquando finem facturam. Quod ut nobis adhuc superstibus fiat, Deum Optimum Maximum suppliciter precamur. Et quanquam nunc in praesentia propter eos, qui bellica expeditione occupati absunt, fieri non potest, tamen non dubitamus, quin Illustritas Vestra primo quoque tempore et occasione in hanc rem animum suum diligenter intendat. Quod uf faciat, vehementer et fraterne petimus.

De restantibus finium particulis, a S. Regia Maiestate nobis promissis, facile credimus Illustratatem Vestram nihil comperti habere, non enim praesens tunc adfuit Illustritas Vestra. Verum ita se res habet:

Anno Domini 1545 in mense Martio diploma quoddam de regundis finibus a S. Regia Maiestate Vilnae obtinuimus, in quo iste articulus clare et diserte continetur: Si quid autem de loco quopiam discriminis aut differentiatione inter plenipotentes, qui ad signationem et renovationem granitierum missi erunt, contingat seu eveniat, licebit ipsis plenipotentibus nostris et Illustris Ducis in Prussia descripta omnis rei ipsius controversia utriusque partis plenipotentum sigillis obsignata, ad nos et ad ipsum Ducem Prussiae remittere, ut nos cum ipso Duce Illustri habita mutua intellegentia de huiusmodi ambiguitate, sententiam proferamus etc. Ceterum sequenti anno in lustratione finium aliquot loca per commissarios utriusque partis concordari non potuerunt, ut circa ortum fluminis Lepunae, item de flumine Schesuppa et circa flumen Jura, quae quidem loca ad S. Regiae Maiestatis et nostram cognitionem a commissariis tunc temporis reiecta fuere. Cum igitur S. Regia Maiestas ante decennium in Lythuaniam profi-

ciscens hac per Prussiam iter haberet, nos inter alia S. Regiam Maiestatem obnixe demisseque rogavimus, ut haec loca non magni adeo momenti et quidem ad Ducatum nostrum ipso iure pertinentia, quemadmodum commissarii nostri evidenter monstraverunt, si non vigore pactorum, saltem ex mera gratia nobis donare et tradere dignaretur. Id quod Maiestas Sua tum temporis clementer promisit, quemadmodum ea ipsa aliquoties per literas a nobis admonita clementer in memoriam revocare potuit. Nunc igitur restat, ut hoc negotium executioni mandetur nobisque dicta loca realiter in possessionem tradantur, iuxta quod commissarii nostri duxerunt et grancies ostenderunt. Quam rem ut Illustritas Vestra sua authoritate benigne adiuvet atque promoveat, iterum etiam atque etiam amanter rogamus. Quae autem porro loca terminanda restant, ea iuxta privilegium pacis perpetuae mensuratione praescripta decidentur.

Quemadmodum intercessionem nostram ad S. Regiam Maiestatem pro Illustrissimo Duce Finlandiae interpositam aliquid ponderis habuisse, sicut nunc ex eventu comperimus, libenter audivimus, ita etiam de eo, quod literas nostras in alienas manus venire non passa est Illustritas Vestra, magnas eidem, uti decet, gratias agimus, daturi operam, ut haec aliaque Illustritatis Vestrae officia amanter et fraterne rependere possimus. Quam bene feliciterque diu valere percupimus. Datae Reg[ion]omonti].

Cancellarius¹⁾ legit

In folio separato: Duci in Olyka, 20 Octobris.

1) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5456.

S.l., 20.X.1562.

Albertus dux in Prussia

Lucae a Górka, palatino Lanciciensi,

pro Ioanne Daubmann, typographo suo Regiomontano, intercedit et rogat, ut causam eius apud senatum Posnaniensem promoveat, quo pecuniam ei a vidua Eustathii Trepka pro libris a marito olim eius ab eodem typographo acceptis debitam consequatur.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generose, Amice sincere nobis dilecte.

Praesentium exhibitor Iohannes Daubmannus, typographus noster et fidelis nobis dilectus, exhibito supplici libello nunc et antea quoque aliquoties subiectissime nobis exposuit Eustachii Trepka, civis Posnaniensis¹⁾, relictam viduam²⁾ pro libris in Polonica et aliis etiam linguis scriptis, quos dictus Trepka ab eo accepit, marcas Prutenicas ducentas septuaginta tres, viginti grossis Polonicis in unam marcā computatis, ei debere. Cumque de solutione post mariti debitum saepenumero a creditore admonita fuerit, debiti convinci, cum id negaret, noluisse. Cum autem servitor typographi, per quem libri illi Posnaniam deportati sunt, in civitate Heff interea temporis consedisset, petiit nos humillime, ut ea de re ad senatum eius civitatis, qui testimonium gestae rei ab eo requireret, scriberemus. Quod nos, cum aequum nobis petere videretur, denegare ei non potuimus. Habet igit-

tur eius rei praefati senatus evidens testimonium, ut eo debito, nisi solutione facta, nulla fallacia se liberare vidua possit. Unicum hoc in hac caussa restare videtur, ut ad solutionem faciendam serio adigatur. Quod cum quam primum fieri actori multis de caussis, praesertim vero propter rem familiarem, valde sit necesse, isque literis nostris intercessoriis se apud Magnificentiam Vestram iuvari obnixe rogaverit, Magnificentiam Vestram amanter petimus, ut eum, cum quod iustum caussam foveat, tum etiam quod nos pro eo intercedamus, quo tanto facilius id, quod de iure sibi debetur, consequatur, benigne commendatum sibi habere et negotium eius apud senatum Posnaniensem promovere velit. Factura Magnificentia Vestra rem nobis pergratam et mutuis vicissim officiis nostris rependendam. Ipse vero Daubmannus debita id animi gratitudine promereri, dum vixerit, sedulo studebit. Datae.

In folio separato: Ad Lucam Comitem de Gorka pro Iohanne Daubmanno,
20 Octobris anno 62. Commissio Principis per Secretarium.

1) *obiit a.1558.*

2) *Anna.*

N. 5457.

S.l., 21.X.1562.

Albertus dux in Prussia

Catharinae reginae Poloniae

aliquot turdos («cramtvogel») reginae, regi et reginulae Annae dono mittit et sperat eiusmodi aves «frisch und unverdorben» in aulam regiam perventuras esse.

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 246.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5458.

S.l., 21.X.1562.

Albertus dux in Prussia

consulibus Posnaniensibus

pro Iohanne Daubmann, typographo suo, ut pecunia, ei a vidua Eustathii Trepka pro libris a marito olim eius a typographo acceptis debita, ei restituatur (cfr. N. 5456).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5459.

S.l., 21.X.1562.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarlo,

pro novitatibus sibi perscriptis, praesertim ad nuptias reginulae Catharinae cum Iohanne duce Finlandiae celebratas spectantibus, gratias agit.

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 146.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5460.

S.l., 22.X.1562.

Albertus dux in Prussia

Petro Paulo Vergerio

litteras eius et novitates de Concilio Tridentino et de eis, quae in Gallia gerantur, se accepisse nuntiat et rogat, ut porro etiam scitu digna scribat; ducentos florenos ad edenda scripta quaedam et neptis eius elocationem a mercatore Norimbergensi Wolfgango Hilsheim eum accepturum esse significat.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Salutem et benevolentiam nostram.

Reverende et Eximie, Amice nobis sincere dilecte.

Redditæ sunt nobis Reverendæ Dominationis Vestrae literæ, X Septembris Tubingæ datae, quibus nobis quæ in Tridentino Concilio, item in Galliis gerantur, cum aliis quibusdam novis, communicat et ad editionem aliquorum scriptorum atque ad neptis suæ elocationem ducentos florenos petit. Quod itaque ad communicatas novitates attinet, Reverendam Dominationem Vestram omnino persuasum sibi habere velimus, eam nobis ea in re officium tam gratum, quam quod gratissimum est, praestitisse et in posterum non ingratius praestaturam esse, si eam diligentiam in hoc officii genere tueri ac singula, quæ scitu digna putarit, ad nos perscribere non gravabitur.

Ducentos autem florenos, quod Reverenda Dominatio Vestra a nobis petit, quamvis sumptibus quotidianis iisque infinitis paene exauriamur, cum edenda congesta scripta Ecclesiae utilia fore speramus, tum vero ut Reverenda Dominatio Vestra sumptuum rationem in elocanda nepte aliquo modo faciliorem sentire eamque sufferre possit, iam statim demissuri eramus, sed propter nimiam huius nuntii festinationem factu id nobis fuit impossibile. Curavimus tamen, ut eam pecuniam Reverenda Dominatio Vestra ultima die Ianuarii a mercatore Norimbergensi Wolfgango Hilsheimio acceptura sit. Quam moram Reverendam Dominationem Vestram aequi bonique consulturam atque propensam voluntatem ex hoc beneficio erga se nostram aestimaturam esse neutiquam dubitamus. Quam bene feliciterque valere cupimus.

In folio separato: Vergerio, XXII Octobris anno LXII.

N. 5461.

S.l., 25.X.1562.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae, pro turdis et aliis donis reginae missis tanta gratiarum actione opus non fuisse scribit; de regis ad indicta iam Regni Comitia [Petricoviam] profectione gaudet; ex litteris Bernardi Pohibel se intellectisse nuntiat regem prope fines Ducatus sui transiitrum esse, se igitur in animo habere regis visendi et salutandi gratia se Lomzam usque conferre.

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 246.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5462.

S.l., 28.X.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

nuntiat se ad instantia Regni Comitia nuntios suos deputasse Ioannem Iacobum baronem a Waltpurg, hereditarium Romani Imperii dapiferum et praefectum suum in Fischhausen, et Christophorum Jonam, iuris utriusque doctorem, et rogat, ut eos, regem salutaturos et quaedam ei exposituros, clementer audiat et loquentibus fidem adhibeat.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5463.

S.l., 28.X.1562.

Albertus dux in Prussia

archiepiscopo Gnesnensi [Iacobo Uchański]

litterae credentiales pro consiliariis suis ad Comitia Regni Poloniae missis: Ioanne Iacobo barone a Waltpurg et doctore Christophoro Jona.

(Sub textu: Mutatis mutandis: Archiepiscopo Gnesnensi [Iacobo Uchański], Episcopo Cracoviensi [Philippo Padniewski], Episcopo Posnaniensi [Adamo Konarski], Episcopo Plocensi [Andreae Noskowski], Palatino Cracoviensi [Spytconi Jordan de Zakliczyn], Castellano Cracoviensi [Martino Zborowski], Palatino Posnaniensi [Andreae Kościelecki], Palatino Russiae [Nicolao Sieniawski], Ioanni Oczieški, Regni Thesaurario [Valentino Dembiński], Stanislao Comiti in Ostrorog, Petro Miskowski, Comiti in Thanczin, Comiti in Tarnow, Iacobo ab Ostrorog, Ioanni de Crotosina Castellano Vladislaviensi, Ioanni Thomiczki Castellano Rogoznensi, Hieronimo Oscholinski, Christophoro Lassoczki, Alberto Marszewski, Ioanni Priemski Notario terrae Calisiensis, Miskowski Capitaneo Marienburgensi, Raphaeli Lieschinski, Nicolao Oliesznicki heredi in Pinczowo).

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5464.

S.l., 28.X.1562.

Albertus dux in Prussia

statibus et ordinibus Regni Poloniae

litterae credentiales pro consiliariis suis ad Comitia Regni Poloniae Petricoviae celebranda missis: Ioanne Iacobo barone a Waltpurg et doctore Christophoro Jona.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5465.

S.l., 28.X.1562.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni a Waten, civi Cracoviensi,
nuntiat se servitorem suum Georgium Horck Cracoviam misisse, ut ibi vina
Hungarica ad usum mensae suaem coemeret; rogat, ut si servitor iste suus
pecunia forte indiguerit, ei nomine suo 300 florenos mutuo dare velit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 46.*

N. 5466.

S.l., 28.X.1562.

*Albertus dux in Prussia
capitulo Frauenburgensi
pro subdito suo Laurentio Bartsch, qui a sententia in negotio suo a capitulo
lata ad episcopum Varmensem [Stanislaum Hosium] appellavit, capitul-
lum autem iam terminum prosequendae appellationis ei indixit, intercedit
et rogat, ut – episcopo nunc a sede sua absente et in Concilio Tridentino
morante – terminum eiusmodi usque ad redditum episcopi prorogent.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 46.*

N. 5467.

E Regio Monte, 30.X.1562.

*Albertus dux in Prussia
Petro Myszkowski, Cancellariae regiae praefecto,
pro responso eius ad litteras suas, 16.IX. Vilna dato, gratias agit et laetatur,
quod tandem de sua erga eum benevolentia dubitare desit («ut enim
nulla maior pestis in amicitiis est, ut Cicero inquit, quam adulatio,
blanditia, assentatio, ita nobis non potest non esse gratum, quando
amici certam spem et expectationem de nobis habent»).
(Latine)
Conc., H B A, B, K. 1184.*

N. 5468.

Lomzae, 10.XI.1562.

*Officialis Alberti in Prussia ducis
legato palatini Masoviae [Stanislai Ławski]
responsum nomine ducis Alberti datum in negotio bonorum Andrissevo et vil-
lae Suczki: ad bona Andrissevo nullum ius palatino competere affirmat,
de villa autem Suczki, exploratio eius situ, usufructu aliisque qualitatibus,
postea a duce responsum iri.
(Latine)
Cfr. El. XLI, N. 1863.
Conc., H B A, B, K. 1184.*

N. 5469.

Ioannisburgi, 12.XI.1562.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Dulski, capitaneo Rogosnensi,
pro Balthasare Sturmer (vel Stormer), olim subdito suo et cive Regiomontano,
nunc autem subdito regio et cive Lomzensi, a se regi recens Lomzae com-
mendato, intercedit et rogat, ut ei litteras liberi telonei impetrat, quo sal ex
Prussia Lomzam usque sine telonei solutione importare queat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5470.

Ioannisburgi, 14.XI.1562.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
nuntiat se ex Bernardo Pohibel intellectuisse, cur se Lomzae visere non potuerit;
tanta tamen eam ob rem excusatione opus non fuisse putat; de eius una
cum regina Poloniae Grodnae commoratione gaudet; sperat se, post suum
Lomzae cum rege conventum, etiam cum regina prope fines Ducatus sui
nunc morante conventurum esse («mit erstem guttem schlittenwege und
bahn»).*

(Germanice)

Cfr. El. XXXI, N. 852, XLIII, N. 247.

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5471.

S.l., 19.XI.1562.

Albertus dux in Prussia

capitulo Frauenburgensi

*iterum pro subdito suo Laurentio Bartsch, ut ei terminum appellationis in
causa eius usque ad redditum episcopi [Stanislai Hosii] proroget (cfr. N.
5466).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5472.

S.l., 24.XI.1562.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
de condicionibus pecuniae in oppignorationem duarum praefecturarum regi
mutuo dandae.*

Conc., H B A, B, K. 1184.

Officia nostra amica ac fraterna et quicquid grati praestare possumus.
Illustris Princeps, Amice et Frater singulariter nobis dilecte.

Rediit ad nos nobilis et fidelis Venceslaus Schack, consiliarius et internuntius noster, quem ad S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum et consobrinum charissimum, et ad Illustritatem Vestram in negotiis quibusdam nostris ablegaveramus, quidque inter alia de pecunia S. Regiae Maiestati in oppignerationem duarum praefecturarum mutuo danda actum sit, debita cum subiectione nobis exposuit.

Principio itaque vere et sancte affirmare possumus, nihil in hoc mundo nos magis ex animo optaturos esse, quam ut S. Regiae Maiestati, ut in aliis omnibus, ita hac quoque in re morem gerere animumque nostrum ad omnia officiorum genera paratissimum ostendere possemus. Retulit autem nobis dictus internuntius noster Maiestatem Regiam oblatas a nobis condiciones, praecipue vero hanc de duabus summis debiti undecies mille non-gentos et sexaginta florenos constituentibus, quas nos S. Regiae Maiestatis nomine in nos recepturi et persoluturi essemus, ad capitalem summam quadraginta millium computandis, quo tanto possibilior eam pecuniam comparandi nobis esset ratio, omnino recusare et quadraginta millia florenorum integra, nullo aere alieno ad ea computato, sibi mutuo in oppignerationem dari velle. Quam ob rem quantumvis voluntati regiae satisfacere hac in re vehementissime et unice cupimus, ceterisque condicionibus cautionem nobis in hac oppigneratione aliam quam in Georgenburgensi dari non posse, eoque amico ac fraterno Illustritatis Vestrae promisso de Lithuaniae finium determinatione impetranda contenti sumus, tamen tantam pecuniam, si illae duae summae debiti in eam computari non debentur, quae nostra nunc temporis est conditio, ubi quotidianis expensis et sumptibus aerarium nostrum paene exhaustum est, et gravissimae res, quae ingentem pecuniae vim requirunt, nobis expediendae conficiendaque sunt, conflare, quamvis huc omnes nervos contendamus, non possumus.

Si enim quoquo modo id nobis esset possibile, committere profecto neutiquam vellemus, ut S. Regiae Maiestati officium nostrum ulla in re defuisse queat videri. Verum cum propter enumeratas iam caussas talem pecuniae summam mutuo dare nobis sit impossibile, Illustritatem Vestram iterum atque iterum pro necessitudine ac fraternitate nostra maximopere petimus, ut et ipsa (quemadmodum facturam eam confidimus), quod S. Maiestati Regiae morem nunc gerere et gratificari non possumus, amice nos excusatos habeat et idemque apud S. Maiestatem Regiam nobis obtineat, eique studia et officia nostra subiectissima et ad omnia, quae quidem a subdito et fideli Principe praestari possunt, paratissima diligentissime commendet et deferat. Si etiam alio tempore Suae Maiestati inservire potuerimus, semper nos oboedientissimum obsequentissimumque Principem (quemadmodum hucusque nos fecisse non obscurum esse arbitramur) exhibitori sumus. Quod Illustritatem Vestram, ut S. Maiestati Regiae, ad belli rationes pecunia valde indigenti, apud alias, quos Illustritas Vestra ad id paratos esse per internuntium nostrum nobis significavit, eam conficere et regiis rationibus prospicere et consulere possit, celare non voluimus, amice fraterneque petentes, ut Illustritas Vestra suam erga nos benevolentiam conservare et negotium nostrum de finibus disternandis omni fraterno studio et diligentia apud S. Maiestatem Regiam adiuvare et promovere dignetur. Hoc erga Illustritatem Vestram (quam Deo omnipotenti diu

salvam ac incolumem conservandam commendamus) promereri omnibus amicis ac fraternis studiis quovis tempore sedulo enitemur. Datae.

Commissio Principis per Cancellarium¹⁾
Cancellarius legit
Princeps audivit

In folio separato: Ad Ducem de Olyka, XXIII Novembris anno 62.

1) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 5473.

E Regio Monte, 30.XI.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Achatio Czema, palatino Marienburgensi, cui in compensatione servitiorum, praesertim superioribus bellis Pruthenicis praestitorum, a Sigismundo I rege districtus Christburgensis in Prussia hereditario iure collatus est, et qui in instantibus Regni Comitis petiturus est, «ut S. Regia Maiestas Vestra tam ipsum, quam filios et successores suos omnes ab exemptione et executione bonorum suorum, praecipue autem hereditariorum Christburgensium, perpetuo liberare atque eximere dignetur».

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5474.

S.l., 30.XI.1562.

Albertus dux in Prussia

palatino Cracoviensi [Spytconi Jordan de Zakliczyn] et, mutatis mutandis, Lucae a Górką, Petro Myszkowski, capitaneo Marienburgensi [Stanisłao Myszkowski], Raphaeli Łeszczyński

pro Achatio Czema, palatino Marienburgensi, ut negotium eius apud regem et Regni proceres in Comitiis Petricoviensibus adiuvent (cfr. N. praeced.).

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5475.

S.l., 9.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Dulski, capitaneo Rogosnensi,

pro studio eius et diligentia in negotio Balthasaris Sturmer apud regem adhibita gratias agit er rogat, ut eum iterum regi diligenter commendet, quo voti sui compos fiat (cfr. N. 5469).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5476.

S.l., 12.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*pro nobili Alexandro Ruszkowski (Rauske), qui de negotiis suis, praesertim
vero de annuo stipendio, Petricoviae regem interpellaturus est, intercedit et
orat, ut rex eum clementi ad preces eius responso dignetur.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5477.

S.l., 12.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Petro Myszkowski et, mutatis mutandis, Raphaeli Leszczyński

*pro nobili Alexandro Ruszkowski (Rauske), de negotiis suis Petricoviae regem
interpellaturo (cfr. N. praeced.).*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5478.

S.l., 20.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*iterum pro subdito suo Thoma Koss, cive Regiomontano, causam adversus
Sigismundum Wolski, gladiferum Cracoviensem, habente.*

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5479.

S.l., 21.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,

*litteras eius, 12.XII.datas, a Bernardo Pohibel sibi redditas esse nuntiat et scri-
bit sibi iucundum cognitu fuisse reginam desiderio suo eam Grodnae
visendi gavisam esse.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5480.

S.l., 22.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Catharinae reginae Poloniae

pro Georgio Nostitz, aulae suae marscalco, intercedit et rogat, ut eum regi Romanorum [Maximiliano II] et archiduci Ferdinando, fratribus suis, commendare velit, quo litteras salvi conductus obtinere et in ditiones eorum ad componendam causam, ei de homicidio quodam cum consanguineis occisi intercedentem, tuto et secure se conferre possit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5481.

S.l., 23.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Achatio Czema, palatino Marienburgensi,

legatos archiepiscopi [Gulielmi marchionis Brandenburgensis] et capituli Rigensis, ad Comitia Petricoviensia missos, commendat.

(*Schedula: de conspicua pecuniae summa in palatinatu Culmensi deposita.*)

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

N. 5482.

E Regio Monte, 24.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario

rogat, ut se apud regem excusare velit, quod propter aerarii sui angustiam hoc tempore petitam a rege pecuniae summam mutuo dare non possit, et eum hortatur, ut aliunde eiusmodi summam conquirere studeat.

Conc., H B A, B, K. 1184.

Officia nostra amica et fraterna ac quicquid grati praestare possumus.
Illustris Princeps, Amice ac Frater singulariter nobis dilecte.

Accepimus Illustritatis Vestrae responsum ad literas nostras proximas, Vilnae XI Decembribus editum, quo etiamdum Illustritas Vestra petit, ut et propter ingens periculum, quod afflictæ provinciae Livoniae impendet, et propter S. Regiae Maiestatis Poloniae etc., Domini nostri clementissimi, petitionem, non respicientes vel condiciones propositas, vel aerarii nostri rationes, mutuare et suppeditare pecuniam velimus. Ut autem nihil magis in votis habemus, quam S. Regiae Maiestati omnibus viribus gratificari et officiosam ac fidelem mentem nostram declarare, Suamque Maiestatem nostris facultatibus sublevare, utque non minus Reverendissimo Domino

Archiepiscopo¹⁾ et afflictissimae provinciae Livoniensi summo studio, contentione et viribus succurrendum censemus, ita vicissim nobis aegerrime accedit, quod deficientibus viribus hoc tempore, uti volumus et cupimus, plane nobis non licet. Nam quod Illustritas Vestra opinatur non obstituram fuisse aerarii nostri inopiam, si condiciones non displicuissent, non medio-criter sane Illustritas Vestra hac re fallitur, siquidem aerarium nostrum (quod revera scribere possumus) adeo exhaustum et attenuatum est, ut non possimus petitam illam summam hoc quidem tempore, etsi omnes nervos intendamus, conficere.

Quae cum ita se res habeat, amanter et fraterne petimus, Illustritas Vestra benigne nos et pro sua persona excusatos habere et apud S. Regiam Maiestatem quoque diligenter excusare velit, ac aliunde interim quibus potest rationibus, quemadmodum intermuntio nostro Illustritas Vestra se vias inventuram innuere visa est, pecuniam conquirere studeat, quo miserae et afflictæ Livoniae subveniatur. Hoc erga Illustritatem Vestram amicis et fraternis officiis nostris demerebimur. Quam bene feliciterque diu valere cupimus. Datae Regiomonti, 24 Decembris anno 62.

Ex relatione Cancellarii
Idem legit
Princeps audiit

In folio separato: Duci in Olyka, 24 Decembris.

1) *Gulielmus, archiepiscopus Rigensi.*

N. 5483.

S.l., 26.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro nobili Ioanne a Rosen, Livoniensi, qui «periculosis hisce temporibus, quibus immanissimus hostis Moschus in afflictas Livoniae terras inusitata crudelitate ac tyrannide grassatus est, pro suo in patriam amore atque erga S. Regiam Maiestatem Vestram fide non solum cum vitæ sua, sed et fortunarum, quarum magnam partem amisit, discrimine, fortiter strenueque militavit», intercedit et rogat, ut rex talem virum pro servitiis eius praemio aliquo dignetur.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5484.

S.l., 27.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Ottone ab Ungern, barone in Pirkul, qui «de generis familiaeque sua statu et condicione ac de damnis Moschorum incursionibus acceptis» quaedam regi referre constituit, intercedit et petit, ut ei facilem ad se adiutum concedat et petentem benigne audiat et exaudiat.

(Latine)

Conc., H B A, B, K. 1184.

N. 5485.

S.l., 29.XII.1562.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

litteras eius, 21.XII. Grodnae datas, se accepisse nuntiat; pro novitatibus tam per litteras, quam per Christophorum a Kreitzen sibi communicatis, gratias agit; mittit litteras ad reginam scriptas et rogat, ut eas eidem reverenter et obsequiose tradat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 46.

ELENCHUS EPISTULARUM

Nr.

Dat.

ALBERTUS DUX IN PRUSSIA:

5159	Sigismundo Augusto regi Poloniae	E Regio Monte	4.I.1561
5164	»	»	6.I.1561
5169	»	»	22.I.1561
5187	»	E Regio Monte	6.II.1561
5189	»	»	9.III.1561
5193	»	»	25.III.1561
5195	»	S.l.	29.III.1561
5203	»	S.l.	5.IV.1561
5210	»	S.l.	12.IV.1561
5212	»	E Regio Monte	13.IV.1561
5214	»	»	15.IV.1561
5215	»	S.l.	19.IV.1561
5225	»	S.l.	6.V.1561
5231	»	E Regio Monte	17.V.1561
5248	»	Tilsae	10.VI.1561
5255	»	»	24.VI.1561
5266	»	»	13.VII.1561
5272	»	»	16.VII.1561
5274	»	Ragnetae	25.VII.1561
5281	»	»	2.VIII.1561
5282	»	»	2.VIII.1561
5288	»	S.l.	18.VIII.1561
5299	»	S.l.	4.IX.1561
5301	»	E Regio Monte	5.IX.1561
5302	»	»	5.IX.1561
5303	»	S.l.	7.IX.1561
5304	»	S.l.	8.IX.1561
5308	»	S.l.	17.IX.1561
5313	»	S.l.	25.IX.1561
5319	»	S.l.	14.X.1561
5327	»	S.l.	27.XI.1561
5332	»	E Regio Monte	29.XII.1561
5336	»	S.l.	s.d.1561
5337	»	S.l.	4.I.1562
5340	»	S.l.	17.I.1562
5341	»	E Regio Monte	17.I.1562
5345	»	S.l.	18.I.1562
5348	»	S.l.	23.I.1562
5350	»	S.l.	28.I.1562
5361	»	S.l.	2.III.1562
5365	»	S.l.	5.III.1562

Nr.			Dat.
5367	Sigismundo Augusto regi Poloniae	E Regio Monte	11.III.1562
5369	»	S.l.	12.III.1562
5373	»	S.l.	20.III.1562
5378	»	S.l.	26.III.1562
5379	»	E Regio Monte	28.III.1562
5380	»	S.l.	6.IV.1562
5382	»	S.l.	8.IV.1562
5384	»	S.l.	12.III.1562
5385	»	S.l.	13.IV.1562
5393	»	Krupiszki	23.IV.1562
5398	»	Tilsae	28.IV.1562
5400	»	Cleipodiae	4.IV.1562
5406	»	S.l.	29.V.1562
5410	»	S.l.	30.V.1562
5411	»	E Regio Monte	31.V.1562
5414	»	» »	4.VI.1562
5418	»	» »	6.VI.1562
5425	»	S.l.	12.VIII.1562
5429	»	E Regio Monte	2.IX.1562
5433	»	S.l.	3.IX.1562
5436	»	S.l.	8.IX.1562
5440	»	S.l.	12.IX.1562
5441	»	E Regio Monte	12.IX.1562
5442	»	» »	12.IX.1562
5444	»	S.l.	13.IX.1562
5445	»	E Regio Monte	13.IX.1562
5449	»	S.l.	15.IX.1562
5450	»	S.l.	23.IX.1562
5454	»	S.l.	3.X.1562
5462	»	S.l.	28.X.1562
5473	»	E Regio Monte	30.XI.1562
5476	»	S.l.	12.XII.1562
5478	»	S.l.	20.XII.1562
5483	»	S.l.	26.XII.1562
5484	»	S.l.	27.XII.1562
5227	Alexandro, pal. Moldaviae	E Regio Monte	12.V.1561
5320	Annae et Catharinae, regulinis Poloniae	S.l.	20.X.1561
5209	Boner Ioanni	S.l.	9.IV.1561
5261	» »	E Regio Monte	7.VII.1561
5296	» »	» »	28.VIII.1561
5312	» »	S.l.	24.IX.1561
5428	Breitfuss Iob	S.l.	27.VIII.1562
5435	»	S.l.	3.IX.1562
5307	Brudzewska Elisabeth	S.l.	10.IX.1561
5294	Canobio Ioanni Francisco	Angerburgi	27.VIII.1561
5297	capitaneo Colnensi	S.l.	2.IX.1561
5170	capitaneo Gieranonensi	S.l.	22.I.1561
5466	capitulo Frauenburgensi	S.l.	28.X.1562
5471	» »	S.l.	19.XI.1562
5002	Catharinae, reginae Poloniae	S.l.	29.XII.1561
5347	» » »	S.l.	29.I.1562

Nr.		Dat.
5387	Catharinæ, reginæ Poloniae	S.l.
5403	» » »	S.l.
5423	» » »	Poppen
5457	» » »	S.l.
5480	» » »	S.l.
5182	Chodkiewicz Hieronymo	E Regio Monte
5222	» »	E Regio Monte
5292	«commissariis regis in Georgenburgk»	S.l.
5458	consulibus Posnaniensibus	S.l.
5481	Czema Achatio	S.l.
5186	Czema Achatio iuniori	S.l.
5237	» » »	S.l.
5262	» » »	Tilsae
5329	» » »	S.l.
5331	Decio Iosto Ludovico	S.l.
5219	Dohna Henrico	S.l.
5236	» »	S.l.
5247	» »	S.l.
5163	Dulski Ioanni	S.l.
5205	» »	S.l.
5233	» »	S.l.
5298	» »	S.l.
5360	» »	S.l.
5388	» »	S.l.
5404	» »	S.l.
5408	» »	S.l.
5421	» »	S.l.
5469	» »	Ioannisburgi
5475	» »	S.l.
5287	Dybowski Sebastiano	S.l.
5456	Górkæ Lucae	S.l.
5474	» »	S.l.
5242	Górkæ Stanislao	S.l.
5253	Ilgowski Ioanni	Tilsae
5474	Jordan Spyconii	S.l.
5233	Karnkowski Stanislao	S.l.
5254	Konarski Christophoro	S.l.
5228	Konarski Stanislao	E Regio Monte
5230	» »	» »
5377	» »	S.l.
5174	Korycki Hieronymo	S.l.
5216	» »	Neuhauen
5162	Kunheim Erhardo	S.l.
5034	» »	S.l.
5180	» »	S.l.
5191	» »	S.l.
5206	» »	S.l.
5207	» »	S.l.
5218	» »	S.l.
5245	» »	Lasdehnen
5246	» »	S.l.

Nr.			Dat.
5252	Kunheim Erhardo	S.l.	15.VI.1561
5263	» »	Tilsae	8.VII.1561
5264	» »	»	8.VII.1561
5269	» »	S.l.	13.VII.1561
5273	» »	Ragnetae	24.VII.1561
5283	» »	»	2.VIII.1561
5285	» »	Lasdehnhen	5.VIII.1561
5291	» »	S.l.	18.VIII.1561
5300	» »	S.l.	4.IX.1561
5315	» »	S.l.	2.X.1561
5322	» »	S.l.	25.X.1561
5244	» »	S.l.	17.I.1562
5352	» »	S.l.	11.II.1562
5355	» »	S.l.	16.II.1562
5364	» »	S.l.	4.III.1562
5375	» »	S.l.	21.III.1562
5376	» »	S.l.	22.III.1562
5397	» »	Ragnetae	24.IV.1562
5401	» »	Insterburgi	10.V.1562
5417	» »	S.l.	5.VI.1562
5424	» »	S.l.	1.VIII.1562
5485	» »	S.l.	29.XII.1562
5157	Leszczyński Raphaeli	E Regio Monte	1.I.1561
5179	» »	S.l.	6.II.1561
5192	» »	S.l.	10.III.1561
5208	» »	S.l.	5.IV.1561
5213	» »	S.l.	14.IV.1561
5220	» »	S.l.	1.V.1561
5256	» »	Tilsae	25.VI.1561
5257	» »	»	1.VII.1561
5314	» »	S.l.	25.IX.1561
5316	» »	S.l.	4.X.1561
5372	» »	S.l.	13.III.1562
5474	» »	S.l.	30.XI.1562
5477	» »	S.l.	12.XII.1562
5183	Lwowska Ursulae	S.l.	8.II.1561
5235	Łaski Nicolao	S.l.	19.V.1561
5265	» »	Tilsae	11.VII.1561
5392	» »	S.l.	19.IV.1562
5447	Maciejowski Stanislao	E Regio Monte	13.IX.1562
5176	Mączyński Ioanni	S.l.	3.II.1561
5181	» »	S.l.	6.II.1561
5202	» »	S.l.	2.IV.1561
5280	» »	Ragnetae	31.VII.1561
5290	» »	S.l.	18.VIII.1561
5346	» »	S.l.	19.I.1562
5391	» »	Insterburgi	17.IV.1562
5416	» »	S.l.	4.VI.1562
5383	Modliszewski Hieronymo	S.l.	9.IV.1562
5233	Myszkowski Petro	S.l.	17.V.1561
5234	» »	S.l.	18.V.1561
5241	» »	S.l.	26.V.1561

Nr.		Dat.
5275	Myszkowski Petro	S.l.
5289	» »	S.l.
5328	» »	S.l.
5334	» »	S.l.
5374	» »	S.l.
5386	» »	Tapiau
5395	» »	S.l.
5407	» »	S.l.
5413	» »	E Regio Monte
5431	» »	» »
5467	» »	» »
5474	» »	S.l.
5477	» »	S.l.
5474	Myszkowski Stanislao	S.l.
5335	Oborski Petro	S.l.
5270	Ostror�g Stanislao	Tilsae
5356	» »	S.l.
5370	» »	S.l.
5165	Padniewski Philippo	E Regio Monte
5173	» »	» »
5197	» »	» »
5233	» »	S.l.
5289	» »	S.l.
5305	» »	S.l.
5310	» »	S.l.
5311	» »	S.l.
5328	» »	S.l.
5334	» »	S.l.
5351	Podskarbowicz Ioanni	S.l.
5200	Pohibel Bernardo	S.l.
5354	» »	S.l.
5390	» »	Insterburgi
5453	» »	S.l.
5459	» »	S.l.
5217	Poley Matthiae	Neuhausen
5240	»	S.l.
5326	«praefectis thelonie Regiae Camerae in Caminsky»	E Regio Monte
5177	proconsuli et senatoribus civitatis Lomzensis	S.l.
5161	Protasewicz Valeriano	E Regio Monte
5168	Przerembski Ioanni	S.l.
5197	» »	E Regio Monte
5286	» »	S.l.
5295	» »	E Regio Monte
5160	Radziwill Nicolao «Nigro»	E Regio Monte
5166	» »	» »
5170	» »	S.l.
5178	» »	S.l.
5190	» »	E Regio Monte
5194	» »	» »
5196	» »	» »

Nr.			Dat.
5197	Radziwill Nicolao	«Nigro»	
5160	»	»	29.III.1561
5166	»	»	4.I.1561
5170	»	»	7.I.1561
5178	»	»	22.I.1561
5190	»	»	6.II.1561
5194	»	»	9.III.1561
5196	»	»	25.III.1561
5197	»	»	29.III.1561
5198	»	»	29.III.1561
5201	»	»	30.III.1561
5204	»	»	E Regio Monte
5211	»	»	31.III.1561
5232	»	»	S.l.
5234	»	»	S.l.
5239	»	»	S.l.
5249	»	»	Tilsae
5250	»	»	10.VI.1561
5258	»	»	»
5267	»	»	14.VI.1561
5268	»	»	»
5276	»	»	3.VII.1561
5277	»	»	12.VI.1561
5289	»	»	Ragnetae
5324	»	»	S.l.
5338	»	»	S.l.
5342	»	»	S.l.
5349	»	»	S.l.
5362	»	»	S.l.
5366	»	»	S.l.
5381	»	»	S.l.
5386	»	»	Tapiau
5398	»	»	Tilsae
5399	»	»	S.l.
5412	»	»	E Regio Monte
5415	»	»	»
5419	»	»	S.l.
5422	»	»	Neuhausen
5426	»	»	E Regio Monte
5430	»	»	S.l.
5434	»	»	S.l.
5437	»	»	S.l.
5443	»	»	E Regio Monte
5446	»	»	»
5455	»	»	»
5472	»	»	S.l.
5482	»	»	E Regio Monte
5451	Scipioni Achilli		S.l.
5226	Sieniawski Nicolao		E Regio Monte
5259	Sieniawski Procopio		Tilsae
5323	Skaszewski Stanislaw		S.l.
5325	»	»	S.l.

Nr.		Dat.
5184	Stankiewicz Bielewicz Nicolao	S.l.
5229	Starzechowski Ioanni	E Regio Monte
5371	statibus et ordinibus Regni Poloniae	S.l.
5464	"	S.l.
5188	Tarło Gabrieli	S.l.
5199	" "	S.l.
5221	" "	S.l.
5223	" "	S.l.
5238	" "	S.l.
5244	" "	S.l.
5251	" "	Tilsae
5279	" "	S.l.
5343	" "	S.l.
5353	" "	S.l.
5359	" "	S.l.
5363	" "	S.l.
5368	" "	S.l.
5388	" "	S.l.
5389	" "	Insterburgi
5392	" "	S.l.
5396	" "	Ragnetae
5409	" "	S.l.
5420	" "	S.l.
5423	" "	Poppen
5432	" "	S.l.
5438	" "	S.l.
5448	" "	S.l.
5452	" "	S.l.
5461	" "	S.l.
5470	" "	Ioannisburgi
5479	" "	S.l.
5260	Tarnowski Ioanni Christophoro	Tilsae
5271	"	"
5427	Tęczyński Ioanni	S.l.
5358	Trepka Eustathio	S.l.
5463	Ucharński Iacobo	S.l.
5158	Universis	E Regio Monte
5439	"	S.l.
5167	Vergerio Petro Paulo	E Regio Monte
5293	" "	" "
5306	" "	S.l.
5317	" "	S.l.
5330	" "	S.l.
5394	" "	S.l.
5402	" "	Neuhausen
5405	" "	E Regio Monte
5460	" "	S.l.
5309	Watten Ioanni	S.l.
5339	"	S.l.
5465	"	S.l.
5321	Wolski Sigismundo	S.l.
5201	Wołłowicz Eustachio	E Regio Monte

Nr.		Dat.
5224	Wołłowicz Eustachio	S.l. 5.V..1561
5233	» »	S.l. 31.III.1561
5224	» »	S.l. 5.V.1561
5233	» »	S.l. 17.V.161
5243	» »	S.l. 27.V.1561
5290	» »	S.l. 18.VIII.1561
5318	Zborowski Martino	E Regio Monte 10.X.1561
ALBERTUS FRIDERICUS, «DUX IN PRUSSIA IUNIOR»		
5357	Ostroróg Stanislao	S.l. 17.II.1562
5171	Radziwiłł Nicolao Christophoro	E Regio Monte 24.I.1561
ANNA MARIA, DUX IN PRUSSIA		
5172	Radziwiłł Elisabeth	E Regio Monte 24.I.1561
5185	» »	S.l. 23.II.1561
COMMISSARII ALBERTI, DUCIS IN PRUSSIA		
5284	Leszczyński Raphaeli	E Regio Monte 5.VIII.1561
CONSILIARII ALBERTI, DUCIS IN PRUSSIA		
5278	Leszczyński Raphaeli	E Regio Monte 28.VII.1561
OFFICIALIS ALBERTI, DUCIS IN PRUSSIA		
5468	Ławski Stanislao	Lomzae 10.XI.1562

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

In hoc Indice nulla habetur ratio nominum propriorum in Introductione occurrentium. Numeri ad paginas, non ad numeros documentorum remittunt.

Abbreviationes

archiep.	— archiepiscopus	consil.	— consiliarius
can.	— canonicus	ep.	— episcopus
canc.	— cancellarius	opp.	— oppidum
cap.	— capitaneus	pal.	— palatinus
cast.	— castellanus	secr.	— secretarius

A

- AARONICAE vestes, 63.
 ADOLFUS (Adolphus), dux Holsatiae, 47.
 ALBERTUS, dux in Prussia, *passim*.
 ALBERTUS iunior, marchio Brandenburgensis († 1557), 39, 40.
 ALBERTUS, filius Ioannis Alberti, ducis Megapolensis, 30.
 ALBERTUS FRIDERICUS, filius ducis Alberti, 9, 28, 92-3, 96-7, 114, 123, 151-2.
 ALEXANDER, pal. Moldaviae, 43-4, 60, 70, 71, 99.
 ALLEN (Alden), Felix ab, aulicus ducis Alberti, 128.
 ANDRISSEVO, bona, 190.
 ANGERBURGUM (Wegorzewo), opp. in Ducatu Prussiae, 76-7.
 ANNA Jagellonica, soror Sigismundi Augusti, 15, 16, 87, 152, 169, 170-2, 187.
 ANNA MARIA, 2. uxor ducis Alberti, 9, 14, 92-3.
 ANNA SOPHIA, filia ducis Alberti, ducissa Megapolensis 30, 91, 112, 155-6, 179.
 ANTONIUS, rex Navarrai, 144-5.
 ARENHOLTZ Caspar, 166.
 ARENHOLTZ Cordula, vidua Casparis, 166.

- AUGUSTANA Confessio, 3-5, 113, 166.
 AUGUSTUS, elector Saxoniae, 137-8, 152.
 AULACK, Fridericus ab, consil. ducis Alberti, 87.
 AUSTRIA, 137-8, 152.

B

- BAJERSKI (Bayerski) Melchior, iudex terraee Culmensis, 128.
 BALASSA Melchior, procer Hungarus, 111.
 BALTHICUM mare, 79, 125.
 BAPENSCHKI (?) Michael, 128.
 BARANOWICZ Georgius, 84.
 BARNIMUS IX, dux Pomeraniae, 27-8, 43, 52-5.
 BARSAGOLENSIS praefectura, 179.
 BARTSCH Laurentius, subditus ducis Alberti, 190-1.
 BARZI Petrus, cap. Leopoliensis, 60.
 BAUSCENSIS districtus, 132, 134.
 BELA rex Hungariae, 105.
 BEL'SKIJ (Belsky) Ioannes, dux Moscovita, profugus in Polonię, 111-12.
 BIECENSIS cast. v. Boner Ioannes.
 BIRZENSIS, 94.
 BOHEMIA, 105, 119, 137.
 BOHUBEL v. Pohibel.

- BONER (Bonar) Ionnus, cast. Bięcensis, 33, 58, 77, 84, 126.
- BOPPO (Poppo), comes Hennebergensis, 103, 105.
- BORCK Antonius a, cap. Brandenburgensis, 84.
- BORCK Ioachimus, marscalcus aulae ducis Alberti, 175.
- BORISOVIENSIS, 55.
- BORKOŁAB v. Korsak Borkołab Głebocki.
- BRANDENBURG, Brandenburgensis, opp. in Ducatu Prussiae, 84.
- BRANDENBURGUM (Brandenburgk), Brandenburgensis, 27, 38, 40-1, 55, 66, 103, 119, 150, 152, 160, 166, 195.
- BRANDT Achatius, consil. ducis Alberti, 65.
- BRANDT Iacobus, subditus ducis Alberti, 29.
- BRATIANENSIS districtus, 33.
- BREITFUSS (Pretfuess) Iob, burggravius Vilnensis, armifactor regius, 166, 173.
- BRESINENSIS cast. v. Wolski Stanislaus.
- BRETTSCHEIDER Michael, senator Elbingensis, 163.
- BRUDZEWSKA Elisabeth, de Sieprc, palatina Lanciciensis, 83.
- BRUNAU (Brunnow) Michael, vicecan. magistri Livoniae, 10-12.
- BRUNSVICENSES 27, 56.
- BRZESTENSIS, 55.
- C
- CALISSIENSIS, 126, 189.
- CAMINSKY 90.
- CANITZ, CANITIUS v. Kanitz.
- CANOBIUS Ioannes Franciscus, legatus pontificius, 76.
- CAROLUS archidux Austriae, 138.
- CAROLUS, dux Megapolensis, 27-8.
- CASSUBAE, 55.
- CATAHARINA Austriaca, regina Poloniae, 11, 15, 28, 30, 39-42, 46, 48-9, 51-2, 55-6, 59, 60, 70, 91, 94, 99, 102, 108-112, 117, 120, 128, 138, 141, 146, 155-6, 163-4, 169, 174, 180-1, 187-8, 191, 194-5, 197.
- CATHARINA Jagellonica, soror Sigismundi Augusti, 15, 16, 84, 87, 147, 152, 170-3, 180-1, 183-4, 187.
- CAUNA (Cauen, Cawna), Caunensis (Cawnensis), 20, 42, 55, 73, 78-80, 156, 166, 185.
- CHODKIEWICZ Hieronymus, cast. Vilnensis, 13, 42.
- CHODKIEWICZ Ioannes, filius Hieronymi, 42.
- CHRISTBURGENSIA bona, 193.
- CHRISTIANA RESPUBLICA, Christianus Orbis, Christianitas, 16, 17, 19, 43, 80, 89, 107, 124-5, 153, 164.
- CHRISTIANUS III, rex Daniae, 72.
- CHRISTOPHORUS, dux Megapolensis, coadiutor Rigensis, 59, 60, 64-5, 78-9, 98-9, 118-19, 132, 177-8.
- CHRISTOPHORUS, dux Wirtembergensis, 27-8, 103-5, 144-5, 152.
- CICERO Marcus Tullius, 190.
- CIECHANOWICZ Nicolaus, 115.
- CİZEMSKI Fridericus, affinis Eustachii Wołłowicz, 42, 48.
- CLEIPODIA (Memel, Mimela), Cleipodiensis (Memelensis, Mimenensis), arx in Ducatu Prussiae, 107, 135, 150, 164.
- COLENSIS cap. v. Górką Stanislaus.
- COLLERIUS Ioannes, notarius capituli Rigensis, 98-9.
- COLM, COLMEN, COLLKEN, COLMISCH v. Culma.
- COLNENSIS, 77.
- CONARSKI v. Konarski.
- COSS, COSSIUS, v. Koss.
- COVALIENSIS castellana v. Lwowska Ursula.
- CRACOVIA (Crackau), Cracoviensis, 10, 23, 54, 58, 71, 75, 81, 83-4, 91, 97, 109, 114, 136, 162-3, 177, 189-90, 193-4.
- CRACOVIENSIS cast. v. Tarnowski Ioannes; Zborowski Martinus.
- CRACOVIENSIS ep. v. Padniewski Philippus.
- CRACOVIENSIS pal. Jordan Spytko de Zalkliczyn.
- CRASNOSTAVIENSIS, 46, 60.
- CREMONA, Cremonensis, arx in Livia, 98, 118.
- CROTON v. Krotoski.

CULMA (Colm, Colmen, Collmen),
Culmensis (Colmensis, Colmisch),
opp. et episcopatus in Prussia
Regali, 33, 66, 117, 128, 174-7,
181-2, 195.

CURONIA 83, 101.

CZEMA (Zema, Zeme, Zemen) Acha-
tius, pal. Marienburgensis, 13-19,
21, 29, 30, 32-3, 41, 54-5, 57-8, 75,
81, 83, 96-7, 110-11, 115-17, 125-6,
128, 141, 193, 195.

CZEMA (Zema, Zeme, Zemen) Acha-
tius iunior, 14, 46, 58, 91, 109-11,
116.

D

DAHLEN (Dalen), arx in Livonia, 118.
DAMERAW Augustinus, civis Caunen-
sis, 166.

DANIA (Dennemarcken), 61-2, 72,
109-10, 166-7.

DANOWSKI Adalbertus, fur, 77.

DANTISCANUS v. Gedanum.

DANTZIG, DANTZKA v. Gedanum.

DARGITZ C., scriba Cancellariae
ducis Alberti, 121.

DARPETENSIS v. Tarbatensis.

DASYPODIUS (Dasipodus) Petrus,
lexicographus Argentinensis, 37.

DAUBMANN (Daubmannus) Ionnaes,
typographus Regiomontanus,
186-7.

DECIUS (Dietz), Iostus Ludovicus
iunior, aulicus regius, 93.

DENNEMARCKEN, v. Dania.

DESPOTA v. Iacobus Heraclides Basi-
licus.

DEUTSCH v. Germania.

DEUTSCHEILAU v. Ilavia.

DHONEN v. Dohna.

DIEBES, Albertus a, 20.

DIETZ v. Decius.

DHONA (Dhonen) Henricus, burggra-
vius a, aulicus regius, 23, 40, 46,
51-2.

DOWOJNA Stanislaus, pal. Polocien-
sis, 111-12.

DULSKI Ioannes, cap. Rogosnensis,
aulicus regius, 7, 30, 45, 78, 85,
115, 153-4, 163, 191, 193.

DYBOWSKI Sebastiano, cap. Grod-
nensis, 74.

DZIAŁYŃSKI Ioannes, pal. Culmensis,
33, 66.

DZIAŁYŃSKI (von Dzialin) Michael,
cap. Ludbergensis, 79, 128.

DZIAŁYŃSKI (von Dzialin) Raphael,
cast. Brestensis, 128.

DZIERŻANOWSKI Paulus, aulicus
ducis Alberti, 7, 8.

E

EBERSTEIN v. Herberstein.

ELBINGA, Elbingensis, opp. in Prus-
sia Regali, 49, 79, 80, 162-3.

ERICUS XIV, rex Sueciae, 27-8, 62-3,
67-8, 167-8, 170-2, 178-9.

EUROPA, 4.

EYFFLANDT, EYFFLENDISCH v. Livo-
nia.

F

FENTZEL Laurentius, 148.

FERDINANDUS I, imperator, 16, 17,
20, 47, 80-1, 86, 103-6, 110-11,
119-20, 137-8, 140-1, 152.

FERDINANDUS, archidux Austriae,
138, 195.

FIGENAU (vel Figenow) Michael,
pyrata regius, 34-5.

FINCK (vel Fincka) Albertus, iudex
terrester Olstiensis, 83, 85.

FINLANDIA (Finlandt), Finniensis,
84, 100, 139, 141, 147-8, 164, 169,
171-3, 180, 183, 186-7.

FISCHHAUSEN, arx in Sambia, 189.

FITTINGHOFF, Henricus a, Livoniens-
sis, 137-8.

FOLLER Henricus, ducis Alberti
armorum magister, 46, 55.

FRANCIA v. Gallia.

FRANCISCUS de Guise (dux Guisa-
nus), 152.

FRANCONICUM feudum (Frenckisches
lehen), 38-9.

FRANKONOWSKI Ioannes, 79, 81.

FRAUENBURGENSIS, 190-1.

- FRIDERICUS II, rex Daniae, 27-8, 62-3, 67-8, 167-8.
 FRIDERICUS III, elector pal. Rheni, 144-5, 152.
 FRIDEWALDT (Fridwalt) Michael, civis Elbingensis, servitor ducis Alberti, 15, 33, 162.
 FRISIUS (Phrisius), 48, 135.

G

- GABLENTZ, Georgius a, consil. ducis Alberti, 8.
 GALLIA (Francia), Gallicus, 82, 86, 92-3, 143-5, 151-2, 188.
 GANS Balthasar, secr. ducis Alberti, 50, 73, 117, 175-6.
 GASZTOŁD Albertus, pal. Vilnensis († 1539), 9.
 GEDANUM (Dantzigk, Dantzka), Gedanensis (Dantiscanus), 26, 34-6, 48, 61, 67, 74, 77, 79, 80, 84-5, 88, 93-4, 97, 115, 125, 142, 165.
 GEORGENBURGK v. Jurbork.
 GEORGIUS ERNESTUS, comes Hennebergensis, 103, 105.
 GEORGIUS FRIDERICUS, marchio Brandenburgensis, 27, 41.
 GERCKE (Gerke) David, scriba Cancillariae ducis Alberti, 16, 51, 71, 128, 156.
 GERMANIA Germani, Germanicus (Deutsch), 3-8, 13, 17, 24, 27, 34, 36-7, 40, 47, 53-5, 68-9, 81, 90, 92, 100, 152-3, 164, 166-7.
 GIERANONENSISS, 9.
 GŁĘBOCKI v. Korsak Borkołab Głębocki.
 GNESNA (Gnisen), Gnesnensis, 9, 23, 74, 77, 108-9, 189.
 GNESNENSIS archiep. v. Przerembski Ioannes; Uchański Iacobus.
 GOCKEL Rupertus, ophthalmicus ducis Alberti, 58, 77.
 GOGICZ Leonardus «maior», scriba Cancillariae ducis Alberti, 139, 141, 148.
 GOLUCHOVIA (Gołuchów), bona Raphaelis Leszczyński, 70, 73.
 GORKA, comites a, 38, 47.
 GORKA, Andreas a, cast. Posnanensis († 1551), 48.

- GÓRKA, Lucas a, pal. Lanciciensis, 186-7, 193.
 GÓRKA, Stanislaus a, cap. Colensis, 48.
 GRAUDENTIUM (Graudenz, Grudziądz), Graudentinus, Graudentinus, opp. in Prussia Regali, 128, 175.
 GRICZAJTIS Laurentius, Samogita, 56.
 GROBIN, Grobinensis, arx in Livonia, 13, 28, 106-7, 164.
 GRODNA, Grodnensis, 74, 191, 194, 197.
 GRUTZMACHER Rudolfus, subditus ducis Alberti, 115.
 GUISANUS dux, v. Franciscus de Guise.
 GULIELMUS marchio Brandenburgensis, archiep. Rigensis, 59, 60, 64-5, 78-9, 90, 98-9, 101, 118-19, 125-6, 131, 133-4, 139, 141, 150, 157-60, 166, 195-6.

H

- HAMBURGA, 24.
 HAUER Conradus, civis Gedanensis, 97.
 HEBRAEI v. Iudaei.
 HEGEMON Ioannes, regius tormentorum bellicorum praefectus, 77.
 HENNEBERGA (Hennebergk), 103.
 HENRICUS, dux Brunsvicensis, 27-8, 56.
 HERBERSTEIN (Eberstein), Sigismundus ab, consil. et orator imperatoris, 16, 181-3.
 HILSHEIM Wolfgangus, mercator Norimbergensis, 188.
 HOHENSTEINENSIS (Hoensteinensis, Olstinensis), 83, 85.
 HOIT, Ioannes ab, orator olim Ordinis Livoniensis, cap. Rastenburgensis, 7, 12, 13, 141.
 HOLLANDIENSIS districtus, 115, 117.
 HOLSATIA, 10, 12, 19, 47, 72.
 HORCK Georgius, servitor ducis Alberti, 83, 97, 190.
 HORING Bartholomaeus, civis Vratislaviensis, 88.

HOSIUS Stanislaus, card. Varmiensis, 76-7, 164, 190-1.
HUBNER Lucas, secr. Gulielmi, archiep. Rigenesis, 141, 158.
HUN, Huniorum familia v. Scalich.
HUNGARIA, Hungaricus (Ungrisch), 16, 20, 83, 97, 105, 110, 119, 190.

I

IACOBUS, civis Toruniensis, 131.
IACOBUS Heraclides Basilicus, despota Sami, pal. Moldaviae, 64, 70, 98-100, 110-11, 128.
ILAVIA (Deutscheilau), opp. in Ducatu Prussiae, 85.
ITGOWSKI Ioannes, vicecap. Samogitiae, 56.
INSTERBURGUM (Insterburgk), opp. in Ducatu Prussiae, 138-9, 141, 151.
IOACHIMUS II, elector Brandenburgensis, 27-8, 152.
IOANNES, dux Finlandiae, 84, 141, 147, 169, 171-3, 180-1, 183-4, 186-7.
IOANNES, marchio Brandenburgensis, 27.
IOANNES IV Basilides, m. dux Moscoviae, 24, 28, 31, 33, 68-9, 100, 111-12, 124, 126, 136-7, 144-5, 149, 159-60.
IOANNES ALBERTUS, dux Megapolensis, 27-8, 30, 44, 55-6, 74, 91, 129, 155, 178.
IOANNES SIGISMUNDUS (Janusch weyda), princeps Hungariae, 16, 17, 20, 110-11.
IOHANNISBURGUM (Ioannisburgum), arx in Ducatu Prussiae, 104, 191.
ITALIA, 145.
IUDAEI (Hebraei), 6, 45.

J

JANUSCH weyda v. Ioannes Sigismundus.
JEZIORANY v. Seheburgum.
JONAS Andreas, praef. Grobinensis, 28, 107-8.

JONAS Christophorus, iuris doctor, consil. ducis Alberti, 87-8, 93, 137, 159, 189.
JORDAN Laurentius Spytko, de Zalkiczyn, pal. Cracoviensis, 109, 111, 162-3, 189, 193.
JURA, flumen, 185.
JURBORK (Georgenburgum, Georgenburgk), Jurborgensis, 63, 72-6, 81, 87-8, 90, 97-8, 115, 129-30, 175, 192.

K

KANITZ (Canitius, Canitz), Fridericus a, consil. ducis Alberti, 28, 60, 73, 79, 81, 86, 95, 117, 119, 146-8, 150, 152, 156, 183-4.
KARNKOWSKI Stanislaus, R. P. referendarius, 45.
KETTLER Gottardus, magister Ordinis Livoniensis, 10-12, 19, 35-6, 62-3, 71-2, 150.
KIOVIA, 26.
KLEINAU Andreas, subditus ducis Alberti, 10.
KOBELIN, Philippus, aulicus regius, 77, 83.
KOBERSEHE Petrus, cap. Neidenburgensis, 79.
KOKENHAUSEN (Kockenhausen), arx in Livonia, 132, 134.
KONARSKI Adamus, ep. Posnanensis, 189.
KONARSKI Christophorus, secr. reg., 56.
KONARSKI (Conarski) Marcellus, cubicularius ducis Alberti, 44, 58, 60, 63, 70-1, 129.
KONARSKI Stanislaus, pater Marcelli, 44, 129.
KONIGSPERGK v. Regius Mons.
KORSAK Borkolab Glebocki, orator Polonus in Moscovia, 111, 155-6.
KORYCKI Hieronymus, cap. Gieranensis, stabuli regii praefectus, 9, 37.
KOSPOTH (Kosboth), subditi ducis Alberti, 127.
KOSS (Coss, Cossius) Thomas, civis Regiomontanus, servitor ducis Alberti, 45, 154, 174, 194.

- KOSTKA (die Cosken), nobiles, 127, 146.
 KOSTKA Ioannes, advocatus Marienburgensis, 94.
 KOSTKA (Koska), Ioannes, cast. Gedanensis, thesaurarius terrarum Prussiae, 94, 128, 142.
 KOSTKA Petrus, secr. regius, 48.
 KOSTKA Stanislaus, 48, 94, 120-1.
 KOŚCIELECKI Andreas, pal. Posnaniensis, 189.
 KREITZEN, Christophorus a, consil. ducis Alberti, 197.
 KREITZEN, Ioannes a, canc. ducis Alberti, 4-6, 16, 17, 19, 31, 33, 43, 51, 53, 55, 70, 108, 117, 119, 123, 133-4, 137, 152, 172, 176, 178-9, 186, 193, 196.
 KREITZEN, Volfgangus a, cap. Osterrodenensis, 85.
 KRÖSTEN Henricus, advocatus (hausvogt) Cleipodiensis, 135.
 KROTONSKI (de Crotosin), Ioannes, cast. Vladislaviensis, 126, 189.
 KRUPISZKI (Cropischken), locus in Ducatu Prussiae, 142-3.
 KUNHEIM, Erhardus a, subditus ducis Alberti, cubicularius reginae Catharinae, 7, 10, 13, 19, 30-1, 38, 40, 50-1, 55-6, 58, 60, 63, 65, 71-5, 78, 85, 88, 100, 108, 112, 117, 127-8, 147, 151, 162, 164, 180, 197.
- L
- LANCICIENSIS, 83, 126, 186.
 LASDEHNEN (Lasdeinen), locus in Ducatu Prussiae, 50, 51, 74.
 LASOCKI (Lassockzi, Lassotzki) Christophorus, succamerarius Lanciensis, 126, 189.
 LATINUS, 34, 36-7, 88-90.
 LAUBAN, LAUBENSIS v. Luban.
 LEMPERG v. Leopolis.
 LEOPOLIS (Reusch Lempert), Leopoliensis, 58, 60, 70-1.
 LEPONA (Lepuna), fl., 185.
 LESZCZYŃSKI (Leschinsky, Lessinski, Lieschinsky etc.) Raphael, cap. Radziejoviensis, 3, 13, 20, 31, 33, 35, 41, 56-7, 69, 70, 73, 84-5, 115, 117, 125-7, 189, 193-4.
 LIDZBARK (Ludberck), Ludbergensis, opp. in Prussia, 79, 81.
 LICENSIS, 66, 84.
 LIFFLENDISCH v. Livonia.
 LIPSIJA Lipsiensis (Lipsensis), 95, 166.
 LISKI, pagus in districtu Iohannisburgensi, 104.
 LITHUANIA (Lituania, Lythuania), Lithuanus, Lithuanicus (Lithauisch), 17, 18, 20-2, 25-6, 29, 30, 33, 53, 55, 65, 67-8, 75, 78, 80, 96, 106-7, 116, 129, 136, 149-50, 153, 160, 168, 180, 185, 192.
 LIVONIA (Eyfflandt), Livones, Livenicus, Livoniensis (Eyfflendisch, Lifflendisch), 7, 10, 11, 13, 16, 19, 24-7, 31-3, 35-6, 40-1, 43, 47, 50-2, 54, 61-9, 71, 78, 80-1, 98-101, 109-10, 116, 120-6, 131, 133, 136-8, 150, 157-60, 164, 167, 180, 195-6.
 LOMBS, LOMBSA, LOMZA v. Łomża.
 LUBAN (Lauban), Laubensis, opp. in Lusatia Superiore, 119-20.
 LUBECA (Lubecum, Lubegk), Lubecenses (Lubegker), 19, 26, 35-6, 77, 80, 178.
 LUBLINUM (Lublin), Lublinensis (Lublinisch), 44, 120-1, 136, 165.
 LUBODZIESKI Ioannes, ep. Culmensis, 117, 175.
 LUDBERCK, LUDBERGENSIS v. Lidzbark.
 LUNEBURGUM, 47.
 LUSATIA Superior, 119-20.
 LWOWSKA Ursula, de Sieprc, castellana Covaliensis, 14.
 LYTHUANIA v. Lithuania.
- Ł
- ŁASKA Sophia, nata Śmigelska, uxor Nicolai Łaski, 46.
 ŁASKI Nicolaus, cap. Crasnostavensis, 46, 60, 142.
 ŁAWSKI Stanislaus, pal. Masoviae, 190.
 ŁOMŻA (Lombs, Lombsa, Lomza), Lomzensis, opp. in Masovia, 12, 93, 99, 100, 104, 108-9, 135-6, 188, 190-1.

M

- MACIEJOWSKI Stanislaus, cast. Sandomiriensis, 179.
MAGDEBURGENSIS, 66.
MAGNUS, dux Holsatiae, ep. Osilensis, 10-12, 19, 72.
MAGNUS, dux Ostrogotiae, 164, 170-2.
MALECKI (Maletius) Hieronymus, editor, minister verbi, 34, 36, 88-90.
MALECKI (Maletius) Ionnaes, impressor, 34.
MARIENBURGENSIS (Marienburgisch), 13-19, 21, 29-32, 41, 54, 57-8, 75, 81, 83-4, 96-7, 110, 115-17, 125-6, 128, 139, 141, 189, 193, 195.
MARIENBURGENSIS pal. v. Czema Achatius.
MARIENBURGENSIS cap. v. Myszkowski Stanislaus.
MARSZEWSKI (Marschewski) Albertus, surrogator capitanei gen. Maioris Poloniae in districtu Calissiensi et Coninensi, 126, 189.
MASOVIA (Mazovia), 168, 177, 190.
MASOVIÆ pal. v. Ławski Stanislaus.
MAURITIUS elector Saxoniae, 103, 105, 152, 195.
MAXIMILIANUS II, rex Bohemiae, rex Romanorum, 103, 105, 152, 195.
MĄCZYŃSKI (Maczinsky, Monzinski) Ioannes, lexicographus, secr. Nicolai Radziwiłł «Nigri», 12-14, 29, 62-3, 71-2, 75, 88-90, 102, 131, 133, 141, 152, 162.
MECK Iacobus, decanus capituli Rigenensis, 58-9, 118-19.
MEGAPOLIS (Meckelburg), Megapolensis (Megalburgensis), 27, 30, 44, 55-6, 60, 65, 74, 78, 91, 99, 112, 119, 129, 155, 177-9.
MEMEL v. Cleipodia.
MEMELA (Niemen), fl. 28, 42.
MIĘDZYZRZECENSIS v. Ostroróg Stanislaus.
MIMELA v. Cleipodia.
MODLISZEWSKI Hieronymus, cap. Lomzensis, 135.
MOLDAVIA, 43-4, 60, 70-1, 98-9, 111, 129.

MOLLER Iacobus, civis Toruniensis, 174.

MONCZER v. Muntzer.
MONZINSKI v. Mączyński.
MORTESKI (a Mortangen) Melchior, 128.
MOSCOWIA (Moschovia, Musca, Muschovia), Mosci (Moschi, Moscovitae, Muscovitae, Musco-witter), 21, 23-5, 30-2, 35-6, 40, 42-3, 49, 64, 67-9, 80, 99-101, 109-12, 118, 124, 136-9, 144, 147-9, 156, 158-9, 180, 196.

MUMPELGARTEN, 103.
MUNTZER (Monczer) Andreas, secr. ducis Alberti, 104, 127.

MYSKOWSKI (Miscofski, Miskowski) Petrus, secr. regius, Cancellariae regiae praefectus, 38, 40, 45, 48, 65-6, 75, 91, 94, 108, 117, 127, 137, 145-6, 151, 154, 160-2, 169, 189, 190, 193-4.

MYSKOWSKI (Miskowski) Stanislaus, cap. Marienburgensis, 126, 189, 193.

N

- NARVA (Narve), Narvica navigatio, 19, 36, 50-1.
NAUMBURGUM, 144.
NAVARRA, 144.
NEIDENBURGENSIS, 79.
NEOGARDIA Ruthenorum (Novgorod), 19.
NEUHAUSEN v. Nova Domus.
NICOLAUS, concionator, 112.
NIESCHITKA Bartholomaeus, advocatus (vogt) in pago Liski, 104.
NIEŚWIEŻ v. Radziwiłł Nicolaus «Niger».
NOLDE Bernardus, subditus ducis Alberti, 13.
NORIMBERGENSIS (Norembergensis), 55, 188.
NOSKOWSKI Andreas, ep. Plocensis, 189.
NOSTITZ, Caspar a, consil. ducis Alberti, 76, 92-3.
NOSTITZ, Georgius a, 195.
NOVA DOMUS (Neuhausen), arx in Sambia, 37-8, 137, 151-2, 163.
NOWA WOLA, Novowoliensis, 129-30.

O

- OBORSKI Petrus, cap. Birzensis, 94.
OLEŚNICKI (Oliesznicki) Nicolaus,
heres in Pińczów (Pinczowo), 189.
OLSTINENSIS v. Hohensteinensis.
OŁYKA (Olica, Olika), Olicensis dux
v. Radziwiłł Nicolaus «Niger».
OSCHOLINSKI v. Ossoliński.
OSILIENSIS, 12.
OSSOLIŃSKI (Oscholinski) Hieronymus,
cast. Sandomiriensis, 126,
189.
OSTERODENSIS, 85.
OSTROGOTIA, 164.
OSTRORÓG Iacobus, 126, 189.
OSTRORÓG Stanislaus, cast. Mię-
dzyrzecensis, 63, 113-14, 123, 126,
189.

P

- PADNIEWSKI (Podnoffski) Philippus,
ep. Cracoviensis, R.P. vicecanc.,
8, 10, 23, 45, 71, 75, 81, 83-4, 91,
94, 162, 189.
PAULSDORFF, bona ducis Alberti, 48.
PAWŁOWICZ Podskarbowicz Ioannes,
108.
PELKEN, Iochimus a, civis Gedan-
ensis, 85, 88.
PERNAVIA, arx in Livonia, 54.
PETRICOVIA (Peterckau), Petricovien-
sis, 37, 99, 100, 123, 137, 177, 188-
9, 193-5.
PHRISIUS v. Frisius.
PINCOVIA (Pinczowo, Pińczów), opp.
in Polonia Minore, 189.
PIOTROWICZ, Bartholomaeus, 179.
PIRKUL v. Ungern.
PISSA, fl., 98.
PIUS IV papa, 144-5, 152.
PLESCOVIA (Pskov), 101.
PLOCENSIS, 189.
PLUDOFFSKI (Plotowski, Plutowski?),
164.
PODNOFFSKI v. Padniewski.
PODLIA, 136, 153, 162.
POHIBEL (Bohubel, Pohubel) Bernar-
dus, secr. Gabrielis Tarlo, 28, 55,
99, 100, 110-11, 121, 139, 156,
183, 187-8, 191, 194.

POLANGENSES, Polangensis praefec-
tura, 79, 80, 93-7, 99, 106-7, 116,
166-8, 184-5.

POLEY Matthias, secr. comitum a
Górka, 38, 47.

POLOCIA (Polotzko), Polociensis (Po-
lotzki), 111-12, 139.

POLONIA, POLONI, *passim*.

POLONIA Maior, 162.

POLONIA Minor, 162, 177.

POMERANIA, 27, 42-3, 52-5.

POPPEN (Spychowo), villa in Prussia,
164.

PORTU, Franciscus a, Italus, «prop-
ter Evangelium exul», 145.

POSANIA, Posnaniensis, 87, 111,
186-7, 189.

POSANIENSIS pal. v. Zborowski
Martinus.

PRETFUESS v. Breitfuss.

PRETWICZ (Pretvitius) Bernardus,
cap. Trembovlensis, 63-4.

PRIEMSKI v. Przyjemski.

PROTASEWICZ Valerianus, ep. Vilnen-
sis, 4-6.

PRUSSIA, Prutheni, *passim*.

PRZEREMBSKI Ioannes, archiep. Gnes-
nensis, 9, 23, 74, 77, 108-9, 111.

PRZYGODZICE (Przegodicze), bona
Raphaelis Leszczyński, 70.

PRZYJEMSKI (Priemski) Albertus,
notarius terrester Calissiensis,
126, 189.

PSKOV v. Plescovia.

R

RADOMSKI Ioannes, lexicographus,
36, 90.

RADZIEJOVIENSIS cap. v. Leszczyński
Raphael.

RADZIWIŁŁ Elisabeth, nata Szydło-
wiecka, uxor Nicolai Radziwiłł
«Nigri», 9, 14, 163.

RADZIWIŁŁ Nicolaus «Niger», dux in
Ołyka et Nieśwież, pal. Vilnen-
sis, M.D.L. canc. et marscalcus, 5,
8, 9, 11-13, 16, 17, 21-3, 29, 31-4,
45, 47, 53, 55, 57, 61, 66, 68-71,
73, 75, 81, 88, 96-9, 101-2, 105-6,
108, 114, 116-17, 119, 121, 131,
133, 137, 141, 144-5, 148, 152,

- 158, 160, 162-4, 166, 168, 172-4,
 177, 179, 184, 186, 191, 193, 195-
 6.
RADZIWIŁŁ Nicolaus «Rufus», pal.
 Trocensis, 64-5, 120-1.
RADZIWIŁŁ Nicolaus Christophorus,
 palatinides Vilnensis, filius Nico-
 lai «Nigri», 9, 164-5.
RAGNETA (Ragnit, Rangnet), Ragne-
 tensis, arx in Ducatu Prussiae, 28,
 68-9, 71-3, 90-1, 111, 146-8, 155,
 167.
RAPTIN, locus, 139.
RASTENBURGENSIS, 141.
REGIUS MONS (Konigspergk), Regio-
 montanus, 3, 5-10, 12, 13, 15-17,
 19-23, 29, 34-7, 43-4, 50, 57-8, 67,
 69, 70, 73, 76-7, 79, 80, 87, 93, 98,
 119-20, 131, 150, 153-62, 165-6,
 169, 174-7, 179, 184, 186, 190-1,
 193-6.
REVALIA (Revel), Revaliensis (Reve-
 lisch), opp. in Livonia, 16, 50, 52,
 54, 66-7, 71, 125, 140.
REY Andreas, fiilius Nicolai, 114.
REY Nicolaus, poeta, 113-14.
RHENUS, Rhenensis, 145, 152-3, 163.
RHETIA, 153.
RIGA, Rigensis (Rigisch), 16, 58-9,
 64-6, 70, 78-9, 90, 99, 101, 118-19,
 125, 131-4, 141, 146, 150, 157-9,
 166, 179, 195-6.
RIGENSIS archiep. *v.* Gulielmus,
 marchio Brandenburgensis.
RIGENSIS coad. *v.* Christophorus,
 dux Megapolensis.
RISENBURGENSIS (Risenburgisch)
 districtus, 94, 127.
ROGOŻNO (Rogggenhausen, Roghau-
 sen), Rogosnensis, opp. in Prussia
 Regali, 7, 23, 29-32, 48-9, 115,
 121, 126, 153-4, 189, 191, 193.
ROMANUS (Romisch), 16, 17, 20, 103,
 105, 119-20, 140, 151-2, 195.
ROMANUM Imperium (Römisches
 Reich), 15, 17, 27, 47, 61-2, 67-9,
 80-2, 167, 171, 189.
ROSEN, Ioannes a, Livoniensis, 196.
ROSENBERG Gulielmus, baro a, 38,
 47.
ROSITEN, arx in Livonia, 101.
RUGIA, insula in mari Balthico, 55.
RUSSIA, Rutheni, Ruthenicus
 (Reusch), 19, 43-4, 60, 71, 107,
 136, 153, 177, 189.
RUSSINSKI quidam, 48.
RUSZKOWSKI (Rauske) Alexander,
 consil. ducis Alberti, 194.
- S**
- SABELEN** *v.* Zabiele.
SACKREFFSKI *v.* Zakrzewski.
SAMOGITIA (Samogithia), Samogithi-
 cus, 53, 56, 76, 106-7.
SAMUS, insula, 99.
SANDOMIRIA, Sandomiriensis, 126,
 136, 177, 179.
SAXONIA, 137-8, 152.
SBOROWSKI *v.* Zborowski.
SCALICH (Scalichius, Schalichius,
 Schalicher) Paulus, Croatus, «do-
 minus in Hun» etc., consil. ducis
 Alberti, 98, 102-6, 139-40, 183.
SCHACK (Schak) Venceslaus, de
 Stangenberg, consil. ducis Alber-
 ti, 23, 28, 30, 45, 64, 148, 161-2,
 166, 169, 175, 179-80, 184-5, 192.
SCHALICHIUS, SCHALICHER, *v.* Sca-
 lich.
SCHAWELENSIS *v.* Szavlensis.
SCHERPING (vel Scharping) Mat-
 thaeus, regius pyrata, 34-5.
SCHESUPPA *v.* Szeszupa.
SCHMIDT Clemens, raedarius ducis
 Alberti, 42.
SCHÖNENBERGK Bartholomaeus,
 mercator Regiomontanus, 156.
SCHONBERGENSIS, 14.
SCHONWALDT, bona regia, 48.
SCHULTZ *v.* Scultetus.
SCHUTZBAR Wolfgangus, magister
 Ordinis Theutonicorum, 166.
SCHWERINIUS, secr. ducis Alberti,
 114.
SCHWERTEIN, bona regia, 48.
SCIPIO Achilles, servitor ducis Alber-
 ti, 180, 182.
SCLAVI (in tit. ducis Alberti), 55.
SCOTIA, Scotti, 27.
SCULTECUS (Schultz) Georgius, civis
 Gedanensis, 61, 94.
SEBASTIANUS Marcus, servitor
 Annae Mariae, ducissae in Prus-
 sia, 14.

- SECLUCIANUS** Ioannes, concionator Polonus in Regio Monte, 37.
SEHEBURGUM (Jeziorany, Seheburgk), arx et opp. in Varmia, 164.
SEHESTEN, v. Szesno.
SIEMUSZOWSKI Adamus, subcap. Leopoliensis, 60.
SIENIAWSKI Nicolaus, pal. Russiae, 43, 60, 189.
SIENIAWSKI Procopius, dapifer Leopoliensis, 58.
SIESICKI Paulus, 29.
SIFERT Thomas, familiaris Ruperti Gockel, 77.
SIGARD Ioannes, consul Graudentinus, 175.
SIGISMUNDUS I, rex Poloniae, 193.
SIGISMUNDUS, marchio Brandenburgensis, archiep. Magdeburgensis, 66.
SIGISMUNDUS AUGUSTUS, rex Poloniae, *passim*.
SILVIUS Constantinus, secr. ducis Alberti, 7, 91, 175.
SKASZEWSKI Stanislaus, cap. Jurborgensis, 88, 90.
SOKOŁOWSKI (Sokoloffski) Georgius, 128.
SOKOŁOWSKI, 65.
SOLDAVIENSIS, 74, 85, 115, 117.
SPERBER Erhardus, concionator, 112.
SRODENSIS (Srzdensis) conventus, 126.
STANGENBERG v. Schack Venceslaus.
STANKIEWICZ Bielewicz Nicolaus, 14.
STARZECHOWSKI Ionnaes, 44.
STENDRICH Henricus, secr. ducis Alberti, 11, 12, 36, 40-1, 111-12.
STETINIA, 55.
STOLL Georgius, subditus ducis Alberti, 33.
STOLL Ioannes, subditus ducis Alberti, 33.
STOLL (Stollius) Valentinus, servitor ducis Alberti, 9, 15, 74, 78, 115.
STROBITZ (Strubitz) Matthias, secr. regius, 95.
STURM Ambrosius, civis Gedanensis, 61.
STURM Christophorus, civis Gedanensis, 61, 93-4.
STURMER (Stormer) Balthasar, civis Regiomontanus, 12, 191, 193.
SUCZKI, villa, 190.
SUNSTELLEN, castrum in Livonia, 118.
SUECIA (Suetia, Swetia, Schweden), Sueci, Suecicus (Sueticus), 27, 61-2, 66-7, 83, 139-40, 158-9, 166-7, 170-2, 177-8, 181, 184.
SZAVLENSIS (Schawlensis), 55.
SZESNO (Sehesten), praefectura in Ducatu Prussiae, 12, 13.
SZESZUPA (Schesuppa), fl., 185.
SZYDŁOWIECKA Elisabeth v. Radziwiłł Elisabeth.

§

ŚMIGIELSKA Sophia v. Łaska Sophia.

T

- TAPIAU**, arx in Ducatu Prussiae, 137-8.
TARBATENSIS (Darpetensis) episcopus, 101.
TARŁO (Terla, Therla) Gabriel, cast. Radomiensis, magister curiae reginae Poloniae Catharinae, 15, 28, 41-2, 46, 48-9, 55, 70, 99, 100, 108-9, 111-12, 115, 117, 120-21, 138-9, 141-2, 146, 155, 163-4, 169, 174, 180-81, 183, 187-8, 191, 194.
TARNOWSKI Ioannes, cast. Cracoviensis, exercituum R.P. cap., 54-5, 58.
TARNOWSKI (comes in Tarnów) Ioannes Christophorus, filius Ioannis, cast. Wojnicensis, 58, 64, 189.
TARTARI (Tater, Thater), 26-7, 109-10, 118, 124.
TEGK (in tit. ducum Wirtemberg.), 103.
TERLA v. Tarło.
TĘCZYŃSKI Ioannes Baptista (comes in Tanzin, Thanczin), cap. Lublinensis et Urzędoviensis, 114, 165, 189.
TĘCZYŃSKI Stanislaus, pal. Cracoviensis, 114.
THERLA v. Tarło.

- THEUTONICORUM Ordo, 69, 143, 166.
 THOMICZKI *v.* Tomicki.
 THOMS A., scriba Cancellariae ducis Alberti, 100, 104.
 THORN *v.* Torunia.
 TILSA (Tils, Tilza, Tylza), Tilsensis, arx in Ducatu Prussiae, 52-3, 55-8, 60-1, 63-4, 68, 148, 155.
 TIMAU, bona ducis Alberti, 48.
 TIMOTHEUS, servitor ducis Alberti, 143.
 TOMICKI (Thomiczki) Ioannes, cast. Rogosnensis, 126, 189.
 TORUNIA (Thorn), Toruniensis (Thorunensis), 49, 116-17, 131, 174.
 TRAVEMÜNDE (Traumunda), 178-9.
 TREPKA Anna, vidua Eustathii, 114, 186-7.
 TREPKA (Trepca) Eustathius, concionator Posnaniensis, 113-14, 186-7.
 TRIDENTINUM Concilium, 92, 143-4, 166, 188, 190.
 TROCENSIS (Trockisch), 64, 120-1.
 TROCENSIS pal. *v.* Radziwiłł Nicolaus «Rufus».
 TUBINGA, Tubingensis Academia, 76, 152-3, 165, 188.
 TURCAE, Turcicus, 16, 28, 124.
 TYLZA *v.* Tilsa.

U

- UCHAŃSKI Iacobus, archiep. Gnesensis, 177, 189.
 ULRICUS III, dux Megapolensis, 178-9.
 UNGNAD Ionnes, dux exercitus Ferdinandi I, 86.
 UNGERN, Otto ab, baro in Pirkul, 196.
 URZĘDOVIENSIS, 165.

V

- VALALACHIA (Wallachia), Valachicus (Wallachisch), 70-1, 98-9.
 VARMIA, Varmiensis (Warmiensis), 76, 116-17, 164, 190.
 VARMIENSIS card. *v.* Hosius Stanislaws.
 VARSAVIA Varsaviensis (Varschoviensis), 116-17.

- VERGERIUS Aurelius, nepos Petri Pauli, 82, 86, 144-5.
 VERGERIUS Petrus Paulus, reformato, 8, 76, 82, 85-6, 92-3, 143, 145, 151-4, 188.
 VERONENSIS, 105.
 VIELONENSIS praefectura, 179.
 VILNA (Wilda, Wilde, Wilna), Vilnensis (Willnisch), 3-14, 16-23, 28-9, 31, 34, 38, 40, 42, 45, 47, 53, 55, 57, 61, 65-6, 68-9, 73, 81, 88, 91, 93, 96-100, 105, 108-12, 116, 119-21, 128, 133, 138, 141-2, 144, 148-51, 155, 157-9, 161, 163-6, 169, 172-4, 177, 179-80, 183-5, 190-1, 195.
 VILNENSIS ep. *v.* Protasewicz Valerianus.
 VILNENSIS pal. *v.* Radziwiłł Nicolaus «Niger».
 VITEMBERGENSIS (Witenbergensis), 95.
 VLADISLAVIENSIS, 126, 189.
 VRATISLAVIENS, 88.

W

- WALLACHIA, WALLACHISCH *v.* Wallachia.
 WALTPURG Ioannes Iacobus, baro a, praefectus in Fischhausen, 189.
 WANRABEN Simon, concionator Germanorum Vilnensium, 4-7, 39-40.
 WARMIENSIS *v.* Varmia.
 WARZYMOWSKI, 65.
 WATTEN (Waten), Ioannes a, civis Cracoviensis, Stanislai Hosii ex sorore nepos, 83, 97, 190.
 WEIGELIUS Georgius, magister, concionator ducis Alberti, 164-5.
 WERMSDORF, Theodoricus a, cap. Hohensteinensis, 85.
 WĘGORZEWO *v.* Angerburgum.
 WILAMOVİUS Iacobus, minister verbi in Ducatu Prussiae, 9.
 WILD, WILDA, WILNA, *v.* Vilna.
 WIRTEMBERGA (Wirtenbergk, Wirthenbergk), Wirtembergensis, 27, 103-5, 144-5, 152.
 WIŚNIOWIECKI (Wischnewetzki, Wisnowetzky) Demetrius, 48, 99, 100, 111-12.

- WITENBERGENSIS *v.* Vitembergensis.
 WOJANOWSKI (von Woyna) Petrus,
 cap. Graudnicensis, 128.
 WOJNICENSIS, 58, 64.
 WOLSKI Sigismundus, gladifer Cra-
 coviensis, 194.
 WOLSKI Sigismundus, incisor R.P.,
 87.
 WOLSKI (Volski) Stanislaus, cast.
 Bresinensis, 126.
 Wołłowicz Eustachius (Ostaphius),
 M.D.L. curiae marsalcus, 29, 42,
 45, 48, 75.

 ZAKLICZYN *v.* Jordan.
 ZAKRZEWSKI (Sackreffski) Domini-
 cus, Masovita, 135.
 ZBOROWSKI (Sborowski) Martinus,
 pal. Posnaniensis, *postea* cast.
 Cracoviensis, 87, 109, 111, 189.
 ZEBRZYDOWSKI Florianus, cast.
 Lublinensis, 120-1.
 ZECHLAU Franciscus, subditus regis
 Poloniae, aulicus archiepiscopi
 Magdeburgensis, 66.
 ZEMA, ZEME, ZEMEN, *v.* Czema.

Z

ZABIELE (Sabelen), pagus in
 districtu Lomzensi, 104.

Ż

ŻELISŁAWSKI Stanislaus, ep. Cul-
 mensis, 175.

FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA
TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694
NEL MESE DI APRILE 1989

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES (CONT.)

- XIX — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab., 1968.
- XX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 266 doc. (A.D. 1577-1696), 4 tab., pp. VI+324, 1969.
- XXI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, 187 doc. (A.D. 1491-1696), 2 tab., pp. VIII+262, 1970.
- XXII — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, doc. 183 (A.D. 1535-1588), pp. VIII+210, 2 tab., 1970.
- XXIII — A. *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1598-1772), B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588), Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, p. 297, 2 tab., 1970.
- XXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 152 doc. (A.D. 1419-1564), pp. VIII+301, 4 tab., 1971.
- XXV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 78 doc. (A.D. 1563-1572), 6 tab., pp. VIII+248, 1971.
- XXVI — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 145 doc. (A.D. 1559-1589), 4 tab., pp. VIII+320, 1972.
- XXVII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 262 doc. (A.D. 1589-1612), pp. VIII+377, 1972.
- XXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 205 doc. (A.D. 1613-1626), 4 tab., pp. VIII+376, 1972.
- XXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 139 doc. (A.D. 1578-1630), 5 tab., pp. VIII+376, 1972.
- XXX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, I pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, 447 doc. (A.D. 1525-1548), 9 tab., pp. XV+259, 1973.
- XXXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, 447 doc. NN. 448-854 (A.D. 1549-1562), 7 tab., pp. IX+241, 1974.
- XXXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 855-1237 (A.D. 1563-1572), 10 tab., pp. VIII+268, 1974.
- XXXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 140 doc. (A.D. 1632-1699), 5 tab., pp. X+20, 1974.
- XXXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-212 (A.D. 1525-1530), 6 tab., pp. XVI+230, 1975.
- XXXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 213-551 (A.D. 1531-1537), 3 tab., pp. X+228, 1975.
- XXXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 552-761 (A.D. 1538-1542), 3 tab., pp. VIII+227, 1975.
- XXXVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 762-1501 (A.D. 1543-47), tab., pp. VIII+256, 1976.
- XXXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1052-1215 (A.D. 1548-49), 6 tab., pp. XII+206, 1976.
- XXXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IX pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1216-1424 (A.D. 1550-53), 4 tab., pp. VIII+226, 1976.
- XL — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, X pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1425-1724 (A.D. 1554-1559), 3 tab., pp. X+226, 1976.
- XLI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1725-2009 (A.D. 1560-1566), 4 tab., pp. VIII+226, 1977.
- XLII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 2010-2220 (A.D. 1567-1572), 4 tab., 1977, pp. X+196, 1977.
- XLIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-269 (A.D. 1534-1565), 4 tab., pp. VIII+228, 1978.
- XLIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-156 (A.D. 1546-1567), 3 tab., pp. VIII+190, 1978.
- XLV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XV pars., Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-197 (A.D. 1525-1572), 6 tab., pp. X+192, 1977.
- XLVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1-72 (A.D. 1525-1535), 4 tab., pp. X+188, 1979.

- XLVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 173-302 (A.D. 1536-1538), 4 tab., pp. VIII+213, 1979.
 XLVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVIII pars. Ed. c. LANCKORÓNSKA, doc. 303-419 (A.D. 1539-1541), pp. VIII+246, 1979.
 XLIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIX pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 420-526 (A.D. 1542-1548), 5 tab., pp. VIII+214, 1980.
 L — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XX pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 527-602 (A.D. 1549-1568), pp. VIII+212, 4 tab., 1980.
 LI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXI pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 1-258 (A.D. 1525-1528), pp. X+196, 4 tab., 1980.
 LII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 259-676 (A.D. 1529-1531), pp. X+284, 1981.
 LIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 677-1081 (A.D. 1532-1534), 2 tab., pp. X+272, 1981.
 LIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIV pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 1082-1379 (A.D. 1535-1536), pp. X+241, 1982.
 LV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXV pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 1380-1587, (A.D. 1537-38), pp. VIII+190, 1982.
 LVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVI pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 1588-1886 (A.D. 1539-40), pp. X+282, 1982.
 LVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 1869-2183 (A.D. 1541-1542), pp. VIII+248, 1983.
 LVIII — *Documenta ex Archivo Cardinalis Ioannis Morone ad Polonię spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, I pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 1-128 (A.D. 1561-1580), pp. IX+251, 1984.
 LIX — *Documenta ex Archivo Ioannis Morone ad Polonię spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, II pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 1588-1868 (A.D. 1560-1544), pp. IX+195, 1984.
 LX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVIII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 2184-2480 (A.D. 1543-1544), pp. IX+195, 1984.
 LXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIX pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et L. OLECH, doc. 2481-2828 (A.D. 1545-1546), pp. VIII+149, 1985.
 LXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXX pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et L. OLECH, doc. 2829-3281 (A.D. 1547-1548), pp. VIII+277, 1985.
 LXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXI pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et L. OLECH, doc. 3282-3558 (A.D. 1549-1550), pp. VIII+187, 1986.
 LXIV — *Brevia Romanorum Pontificum ad Polonię spectantia*, vol. I (Brevia saeculi XV). Ed. H.D. WOJTYSKA CP, pp. XV+127, 1986.
 LXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et L. OLECH, doc. 3559-3862 (A.D. 1551-1552), pp. VIII+195, 1986.
 LXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXIII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et L. OLECH, doc. 3863-4197 (A.D. 1553-54), pp. VIII + 240, 1987.
 LXVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXIV pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et L. OLECH, doc. 4198-4474 (A.D. 1555-1556), pp. IX + 197. 1987.
 LXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXV pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et L. OLECH, doc. 4475-4785 (A.D. 1557-1558), pp. VIII + 174, 1988.
 LXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXVI pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et L. OLECH, doc. 4786-5156 (A.D. 1559-1560), pp. VIII + 210, 1988.
 LXX — *Index personarum* (ad vol. I-XXIX), ed. W. DE ANDREIS WYHOWSKA, C. LANCKORÓNSKA, L. OLECH, H. WIESIŁOWSKI, pp. VIII + 166, 1987.
 LXXI — *Index personarum* (ad vol. XXX-LX), ed. W. DE ANDREIS WYHOWSKA, C. LANCKORÓNSKA, L. OLECH, pp. VII + 164, 1988.
 LXXII — *Res Polonicae ex Archivio Regiomontano*, XXXVII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et L. OLECH, doc. 5157-5485 (A.D. 1561-1562), pp. VIII + 218, 1989.
 LXXIII — *sub prelo*.

D E P O S I T A R I I :

« International Book Distributors »

LIBRERIA
117-120, Piazza Montecitorio
00186 ROMA

Orbis (London Ltd.)

66, Kenway Road
London S.W.5

Institutum Historicum

Polonicum Romae
19, Via Virginio Orsini
00192 ROMA